






1
6
501











# Monumenta Sinoptica
# DE PESTE
## Pręſeruanda, &curanda.

# MONVMENTA SINOPTICA
# DE PESTE
## *Curanda, & præseruanda*

*Cum dilucidatione locorum Hipp. Aris., Gal., Rasis, Auic., antiquorũ arabum, & grecorum.*

De Natura Pestis, causis, atq; differentijs
De Contagio, & eius speciebus
De Epidemia, Endimia, & Pandimia
De singulari curatione, & præseruatione pro singulis temperamentis, ætatibus, & temporibus.
De curatione delirij, bubonis, antracis, & fluxus pestilentialis.
De expurgandis supellectilibus, & domibus.
De Deceptoribus, & Empiricis
De Thesibus explicatis ad pestem tutò, & citò in singulis temperamentis, ætatibus, & temporibus curandam, & præseruandam.

AVCTORE

IOANNE COLLE BELLVNENSI

*E' nobilibus S. Bartolomei de Colle salcis, comite Cesanæ, & nobili Senogalliæ, atq; in patauina Academia practicæ medicinæ prima.*

Ad Excellentissimum, & Amplissimum Senatorẽ

POLVM

MAVROCENVM



*Pataui apud Gasparem Criuellarium, Sup. permiß. An. 1631.*

Excellentissimo, & Amplissimo

SENATORI

# POLO MAVROCENO

Perennem tranquillitatem ex corde præcatur

IOANNES COLLE

*MEdica hæc monumenta (SENATOR AMPLISS.) aliquot ab hinc mensibus, cum popularis dira lues per SERENISS. REIP. ditionem debaccari cœpißet, in illius remedium collegi, selegiq;, vti ratione probata, atq; multis experimentis valde munita, & quo euaderent firmiora, in domestica Academia meis auditoribus eorum arbitrio disceptanda proposui, eo consilio, vt multa alia adiungerem; Verùm eruditissimi hi iuuenes ad hæc in lucem quam primum proferenda obnixè contendebant. Equidem causabar libelli exiguitatem, limæq; defectum. Denuò vehementius instabant, mea hæc remedia satis esse, satisq: recte percipi, iam commodum, & bonum commune postulare, & parua, si non magnificam, concinnam certè pulcritudinem præseferre, & per arctum litui tubum longè, latèq; sonoram vocem emitti, atq;*

*huiusce-*

*huiuscemodi scriptorum genus quò breuius, & contractius, eò præstantiùs, & conducibilius esse. Quando igitur ita faciendum fuit, profectò non habui (PRUDENTISS. SENATOR) quo me potius verterem, quā ad te, sublimem politici regiminis Polū, et polarē mei tutricem stellā, quā, & nobilissimam familiam, eximiarum virtutum splendorem, antiqua obseruantia colo. Accipies, spero, quę tua est, & familiæ generosæ humanitas libellum, vt per illum tanquam per angustam specilli fistulam mihi magnitudinis tuæ apicem suspicere liceat, & vt à speculo tuæ amplitudinis paruitas libelli in magnitudem aucta conspiciatur. Vale.*

VBIQ; PRINCIPIVM, ET FINIS:

HIP.

ADDITIO, ET DETRACTIO:

HIP.

LVMEN, ET VMBRA

HIP. LIB. DE DIETA.

LABOR, ET QVIES.

HIP.

PALLAS, ET MINERVA.

PLVT.

IVPITER CVNCTA REGIT.

OVID.

IMMOBILIS DAT CVNCTA MOVERI

OVID.

IN TER. QVATERQ; CVNCTA

HIP.

VTRAQ; LIBRA LIBERABIT

ROCH.

PHEBVS

PHEBVS OCCIDIT PYTHONEM

PLATO.

IAM VLTRA PADVM,

ET

VLTRA RVBICONEM

CES.

SVTOR NON VLTRA CREPIDAM

PLVT.

SAT PRATA BIBERVNT

VIRG.



# MONVMENTA
## SYNOPTICA DE PESTE.

### Admonitum primum, de nomine, & essentia pestis.

*De peste maximè soliciti esse debemus, cum ea tanquàm leo rugiens circuat, & deuoret populos, bruta, plantas, & inanimata, contagiose, citò, vulgoq; corrumpat. inuadit quidem hac pestifera, arsenicalis, volatilisq; substantia, quæ vim exertat arsenici, auripigmenti, & risagalli corrosiui, & putrefactiui modò singulo anno, modò singulis quindecim annis; modò quadragesimo, quinquagesimo, centesimo, modò statutis temporibus, modò diuersis, vnde appellatur ab Hipp. in lib. Epidem., & 3. Aphor. lib. de aere, aquis, & locis, à Platone dial. de natura, ab Aristotele lib. p. Problem., à Rasi lib. 2., & 8., & 30. cont. tract. XIII., & 18. ad Almansorem, ab Auic. lib. 4., à Serap., Auenzoarè, Haliabbate, à Gal. locis cit., Patria, Endimia, Regionalis, Pandimia, Epidemica, acutè contagiosa, & perniciosa, iure quidem pestis dicitur, quasi res omnium malorum pessima, horribilis, terribilis, omniumq; terribilium, nempe mortis popularis origo; fortasse à Græco vocabulo deducta (pesi) quod significat mortem in pugna. Pestis quidem primo oppugnat cor omnibus virtutibus dotatum, & ipsum primo, vt plurimum corrumpit in pugna, vocatur etiam per antonomasiam morbus quasi ipsa sola dignetur nomine morbi, veluti pessima destructio cordis, eius sanguinis arteriosi, venosi, Spiritus, atq; etiam solidæ substantiæ, & inde omnium actionum humani corporis: inducit quidem frequentissimam, violentam, citissimam, contagiosam, & vagam mortem. Profectò inter morbos, sola pestis est morbus maximus, grauissimus, acutissimus, malignissimus, & contagiosissimus; an pestis à pestare verbo antiquo contundere, conterere, quasi contundat, & conterat humana corpora, aut à pascendo, quod deuoret*

A omnia

omnia instar bestia efferata. Dicitur annus suspecti, quia omnes suspecti ne pestilentia sint inquinati, aut inquinentur omnis persona, omnis res, omnis actio suspicione participat. Admonui in opusculis de peste his de causis fore colligendos omnes tractatus de peste, & in Academijs, lectiones fiendas singulo anno, & breuiter omnes species in vnum colligendas, & singularia remedia. Varia, & specie differentes pestes fuerunt ab origine Mundi vsq; adhuc, Dauidica, Greca, Hippocratica, Ethiopica, Romana, Constantinopolitana, Cairina, Florentina, Veneta, Germana, Gallica, Florentia 1582., & Brixia: 1576. Venetijs, & Patauij. 1598. Fori Iulij: 1348. 1350 1440 1477. Belluni, Verona, Tridenti: 1513. Romæ, & aliæ Italicæ Vrbes à peste fuerunt conflictatæ. est etiam pestis Vngarica nominata, alia Polonica, & hæ omnes describuntur ab historicis, à Betera, à Boccacio, & à multis alijs, qui historias pestilentiales narrarunt.

Hæc pestis, si dignoscenda, licet ipsa per seipsam omnibus notitiam cito pariat, mortibus frequentibus, vulgaribus, & contagiosis; opus est, vt dupliciter expendatur, primo quid in se ipsa sit, 2. quid sit, & quid machinetur, quando, humana corpora dirè insultat, vel bruta, vel plantas, vel etiam inanimata; sermo tamen breuis erit de humana peste, alijs non neglectis, quoniam non solum, dum in homines grassatur, sed quando cætera vulgariter cito, contagiosè, & frequentissime corruptione, & putrefactione violat, tanquam arsenicum Septicum in se ipsa animaduersa causam veneficam, epidemicam, contagiosam, acutissimam refert, non morbum, aut Symptoma (vt alij putarunt), quia in aere præcipue, vestibus, vnguentis, atque alijs hæc venefica labes, hæc sæuissima lerna latitare valet, & per aerem permeare huc, & illuc, inquinando, depascendo, & corrumpendo.

Descriptio pestis. Describetur vaporosa substantia, vulgaris, arsenicalis, volatilis, contagiosa, sordida, venefica cito, vt plurimum corruptiua, & putrefactiua ea omnia, quæ tangit. tangit homines, tangit bruta, tangit plantas, & inanimata. In homine modò tangit cordis sanguinem, modò spiritus solos, aliquando solida tantum, aliquando simul, & frequenter hæc omnia. Est quidem substantia, vaporosa, sed mixta ex primis qualitatibus, & forma substantiali, inimicis, venenosis, humanæ mixtioni, & vt aiunt recentiores, aduersa proprietate totius substantiæ, seu

totius

totius temperamenti, vt arsenicum, quod omnibus notum est: non simplex qualitas, vt in elementis, non substantialis forma, sed ex quatuor elementis conflata, vaporosa, & sordida, corrosiua, quę sui natura palam etiam vulgaritatem, & epidemiam exercet, & transitum citissimum de corpore in corpus, adeo vt volatilis sit; verum hac non satis; plures causę sunt communes, & vulgares, quæ tamen non contagiosæ, non sordidæ, neq; arsenicales, neq; venefica; hæc vero contagiosa, quia cito aduolat de corpore, in corpus, vt est vaporosa, & calida; adhæret autem, vt viscida; cito corrumpit, & putrefacit, vt sordida, calida, & corrosiua, vt venenosa à tota forma arsenicali, quæ resultat, ex temperamento qualitatum aduerso, necessario venefica natura requiritur, propter acutum, & venenosum contagium, quod in specie datur quidem benignum, malignum, & chronicum, & acutum. hoc verbum contagium primo significat contactum. 2. causam contangentem, seminarium quoddam prauum, miasma 3. effectum productum ab ipso seminario, 4. actionem ipsius seminarij in corpus contactum: in presentia accipitur pro his omnibus, & præsertim pro causa, & effectu malignissimo, & acutissimo, vnde in genere est effluuium vaporosæ substantiæ, viscidæ, prædita facultate permeandi, & transmutandi, quod contangit acutè, vel cronicè, benignè, vel maligne; aduolat quidem, adhæret, & transmutat passum in substantiam similem sibi: verum contagium pestilens tanq; species est effluuium acutissimum, arsenicale, volatile contagiosum, cito corrumpens, & putrefaciens; potest quidem corrumpere contrarijs qualitatibus corrosiuis, & forma aduersa totius substantię, & putrefacere arsenicali vi, & septica prouenientè à toto ipsius temperamento, multos & cito eodem tempore nempe calorem naturalem & proprium hominis, sanguinis, spiritus, & solidorum, & illico subitoq; corrumpere symmetriam, & disiungere actiua à passiuis valet; putredo enim est corruptio mixti, & animali mors, vtraque duplex, aut uiolenta, aut naturalis: sed cum tam cito, & acutè hęc omnia contagium operetur, iure uocatur contagiosa, & uenenosa, arsenicalis, uolatilis, cito corruptiua, & putrefactiua; plurimos occupans, vt vulgaris plurimos inquinans, vt contagiosa, plurimos occidens, vt venefica, citissime prosternens, vt acutissima. Hę sunt proprietates essentialiter inhærentes, à ne-

Contagium.

Deffinitio Contagijs in generatione.

Quid cõtagium pestilens

mine rescienda, confirmata rationibus, & experimentis antiquis, & recentibus vallata.

# ADMONITVM II.

## De essentia pestis, de tribus eius causis, & differentijs.

SI hac est essentia pestis, & pestilentia in se ipsa nulli affixa, vt causa, producet etiam similes effectus, atq; in respectu noua ipsius generationis de nouo excitata in hac, vel illa prouincia, & vrbe, in his celestibus aspectibus maleficis, in his aereis, vel aqueis, vel terreis putridis, & malignis tempestatibus, (licet alij arbitrentur esse æternam, & ab æterno fuisse productam, sed istę entitates, & formalitates non sunt necessarię ad ordinem, & perfectionem vniuersi) etiam diuerso respectu nomen effectus habebit: hic vero suas causas generantes requirit; Quarè si hic est effectus arsenicalis, volatilis, & sapit naturam arsenici mineralis, communis, contagiosus, venenosus, & sordidus, lentore, crassitie, & fętore, acutè corrumpens, & putrefaciens, profectò sibi adsciscet etiam similes causas communes, contagiosas, sordidas, veneficas, cito corruptiuas, & putrefactiuas, ortas ab internis causis vitiatis in homine, vel externis, cælo aere, cibo, & potu, & alijs, & præsertim ab aeris constitutionibus longis, inordinatis, inęqualibus, nimis calidis, & humidis, vel suffocatiuis, siccis, nebulosis: & has omnes conditiones recitat etiam Hipp. in Lib. Epid. Plato dial. de nat. Archiles p. probl. Auic. Lib. 4. Fen. p. tractatu 4. Cap p. 2. 3. & 4. & 5. & Rasis ad Almans: 10. & Lib. 30. continentis; verum hę communes causę cœlestes, aereę, aqueę, & terreę arsenicales ad tria genera tantũmodo necessario reducentur vel est aer alteratus, vel permutatus, & corruptus, seu longa aeris constitutio à naturali declinans ad arsenicum dupliciter, vel à Cœlo, & formis cœlestibus facientibus esse necessarium illud, cuius aduentus ignoratur, vel ab inferioribus putridis, & veneficis vaporibus putre-

Causę pestis.

Tres causę.

1. Aer.

putrefactiuis, & Septicis, qui necessario nos ambit, & necessario per os attrahitur à pulmone, corde, arterijs, & poris, vel 2. est victus communis pariter, vel alteratus, vel corruptus, vel contagiosus, qui necessario debet vniuersum corpus alere, hic à Cœlo, aeris, aquę, terrę tempestatibus; vel à sublunaribus his omnibus prauus redditur, uel est 3. contagiũ ceu seminariũ delatũ, uaporosum sordidum, nempe contagiosa illa substantia uaporosa cito uenenosa, corrumpens, & putrefaciens, & inficiens, quę exhalat ab homine inquinato tali pestilentia, uel à uestibus, uel ab alijs rebus, uel ab unguento arsenicali, arte facto à perfidis hominibus, aut puluere, aut aqua, & ita sparsa fit communis, & uulgaris, inquinat aerẽ uicinum, & homines; (antiqui etiam Hipp., Plato, Aristoteles, Gal., Gręci omnes & Arabes semper principaliter cœli, aquę, terrę, & aeris tempestates in pestilentia agnouerunt, & secundo uictum prauum, & tertio hoc contagium particulare, unde cœlestes, aerec, aquec, terreæ pestilentiæ sunt, quæ etiam gignunt arsenicales tres species subalternas, & alias ultimas, & specificas pestis, prima dicitur exquisitissima, & propria ab aere corrupto, ut supra, uti Ethyopica, & Græca recitata ab Hipp. & à Tucidide, & alijs. Secunda minus propria à malo uictu, narrata à Gal. in agro romano, quæ tamen etiam habet annexam prauam aeris cœli, aquæ terræ constitutionem, et tempestatem nimis humidam, uel nebulosam 3. (licet aer si bonus, et uictus) contingit à contagio deuecto, & seminario: quod inquinat corpora magis parata, & uicina, & si inuenit prauas aeris constitutiones, aut uictum prauum, magis ferocit, & facilius vagatur, Romanorum tempore mulieres, veneno clam exhibito, centum millia Romanorum occiderunt; verum hæc non erat pestis indigitanda, neq; si exercitus totus comedat panẽ venenatũ, aut bibat aquas veneno inquinatas, & totus intereat: alia quidem est actio, & proprietas veneni; alia pestilentia: venena intrinsece propria natura non habent vim contagiosam, neque vulgaritatem: neque omnes febres pestilentiales, omnes malignæ, & omnes contagiosæ sunt vocandæ pestis; (quæ semper est contagiosa, & perniciosa Epidemia, & conuertitur), neque omnes contagiosæ affectiones sunt malignæ, suntq; lethales; neque omnes habent febrem annexam. Constantinopoli, Cayri ferè singulo anno non ob aerem, sed ob sordidum contagium febres contagiosa, & pesti-

Auic. loco citato
2. victus
3. contagium.
Tres species pestilentiæ.
1.
2.
3.

pestilentes vagantur, sed non occupant maiorem partem, sed potius sordidos; neque interficiunt eos omnes, imo eorum maior pars ad sanitatem reducitur (licet male curentur ab Empiricis, & circulatoribus ignaris): deberent medici rationales, & Chirurgi saltem docere eos, & eis tradere veram medendi rationem, & materias chirurgicas pharmaceuticas, & diateticas, earumq: rectum usum praescribere quantum, quomodo, quando & ubi; nam ipsi empirici empirica remedia, & inualida, & in opportuna proponunt. Deberent etiam esse loca segregata suspectorum, secunda conualescentium, & tertia infectorum; ita mulierũ, virorũ, et singulos ministros singulis; demũ omnes medicos, chirurgos, barbitonsores mederi, mercatores exercere mercaturas, vt pauperes laboribus, & arte viuant, publicã gubernationẽ pecuniam mercatoribus praebere; cumfraternitates confratribus egenis opitulari: his legibus pauci interibunt: haec quamuis uocetur pestis, sunt potius nominanda febres contagiosae pestilentiales, aut collocanda in infimo gradu pestilentiae: oriuntur quidem à sordido victu, à sorditie vestimentorum, à sordidis lectis, ita in exercitu, & militibus etiam sepe contingit: datur quidem prima pestilentia, & maxima, & propria; secunda mediocris, & tertia minima, & qualibet series, & species, vel ab aere vel à victu, vel à contagio delato fit; si est haec essentia pestis & si hae sunt causae narratae ipsius, facilius cognoscemus, quomodo inuadat homines, bruta, plantas, & inanimata, & quos, effectus in eis producat, & introducat.

Not. 1.
Not. 2.
Dubitatio.
Solutio.
1. species pestis.
2.
3.
Subdiuisio in tres.

# III. ADMONITVM

## De essentia pestis actu vagantis.

EXpensa natura pestilentia in seipsa, eius differentiis tribus, causis, & gradibus; Nunc perscrutandum, Quid, & quotuplex erit, quando inuadit homines, vel bruta, vel plantas, vel inanimata. Primo igitur prater ignem caetera elementa queunt alterari, transmutari, & fieri pestilentialia, corrupta secundum partem, aut per miscellam vaporum

putrido-

*putridorum arsenicalium. Secundo omnia mixta acquirere talem naturam vulgarem, contagiosam, veneficam, arsenicalem, citò corruptiuam, & putrefactiuam valent, plantæ etiam, omnes fructus, omnia grana, olera, radices, & omnia alimenta vulgariter, & contagiosè, & veneficè, & corrumpi, & corrumpere, & emittere contagium acutum, veneficum, vulgare, sordidum in se, & in alia possunt, & quotidie experimur præcedentes, & præsentes Aeris, Cœli, Aquæ, & Terræ malas tempestates, & constitutiones regnantes, (quas semper animaduertit Hipp. Plato, & Aristoteles): & homines, & bruta peste interimere ob aerem prauũ, vel aquas, pluuias, aut praua alimenta; Verum propter diuersitatem alimenti, diuersam naturam animalium, & plantarum, modò vna species ipsorum coinquinatur, modò altera, aliquando omnia simul; dum pestilentia analogiam ita communem obtinet, vt obsideat eodem tempore elementa, plantas, & animalia; ut plurimum quidem magis specifica vagatur, & solum homines, & mixtionem humanam, eius temperamentum aggreditur, aut sola bruta depascitur, aut solas plantas interimit; imò sæpe occupat boues, & non capras, equos, & non oues, aues etiam, quia sortitur analogiam talem particularem, aptam, & inuenit promptitudinem corporum recipientium: Etenim aliis pabulis capræ, aliis boues, aliis equi, plantæ, & aues nutriuntur (pisces ex Aristotele peste non corripiuntur) fortassè ob salsedinem Maris, vel aquæ varium motum, vel propriam eorum naturam frigidam, & humidam, & vagam; fortassè palustres non immunes à peste, immò vt docet Aristoteles Lib. de Hist. anim. cuncta animalia suam propriam pestem, & sua propria mala habent: quando vero hoc arsenicum pestis homines oppugnat, & specificam analogiam exerit in humanam naturam, erit, vel maxima, vel mediocris, vel minima, vel ab aere, vel à victu, vel à contagio deuecto; enim vero omne agens in passum bene dispositum agit. neque omnes homines in tali aere pestilenti, vel victu, vel contagio transportato inquinantur: sunt, qui ob robur virium cordis, & principum facultatum resistunt causæ pestiferæ, quibus nec ipsa uim suam imprimere ualet, sed à contra agentibus, & repugnantibus extinguitur: Si hac pestis arsenicalis hominem inuadit; cum hic componatur ex anima, & corpore, & corpus sit conflatum spiritibus, humoribus, & solidis partibus poterit primo corrumpere spiritus, citò, & uenefi-* 1. Pestis, quando agit in spiritib.

*cè, &*

ed, et putrefactiuè atque producere ephemeras pestilentes, inibere respirationem, et ventillationem cordis, atque pulmonis cardiam pestilentialem, Sincopem, et subitaneam mortem parere, et hae

2. Quando agit in humores. Symptomata aliquando eueniunt: uel inquinabit sanguinem in corde, et humores magis paratos, et febres pestilentiales excitabit (corrupto sanguine, nec spiritus, nec nutritio resarcitur), ità bubones, antraces, pustulas, maculas nigras, ulcera maligna, scabiem, lepram, dysenteriam, fluxus colliquatiuos, carnium putrillaginem, et alia fætida pathemata praua posita ab Hipp. passim, et à Gal. lib. de natura humana, et salubri dieta producit, quoniam intima uiscera, cor potissimum, et hepar repellunt hanc uirulentiam ad cutem, ad emunctoria, atq; ad uilia loca; pōt. e iam solidas partes, et humiditates seminales, et carnes

3. Quando agit in solida. putrefacere, et substanttaliter citò corrumpere, et tunc accendere febres hecticas pestilentes, citó, lathales ultimi gradus, hę omnes febres excedunt qualitatibus primis, et secundis ferè ad quartum gradum, et siccissimis, et calidissimis, uel calidissimis, et humidissimis, cum uenenosa substantia, et putrefactiua arsenicalis

Auic. loco sit 14. di morbis n. 2. Hip. naturę; putredo enim gradu, et ferè ad quartum sordidissima, et putridissimo fætore, in corde presertim, pulmone, et partibus alijs exultat; unde non mirum, si citò cum fætore, liuore, et putredinibus carnium, et omnium uiscerum, interficiat. immò tandem debellare ualet, et adimere rationem, memoriam, imaginatiuam, sensus, et motus, et deliria, et preteritorum recordationem inducere, facultatem uitalem, et naturalem prosternere, ob ferocem, et rebellem eius uenenosam potentiam: intus conturbans, et exte-

auic. rius quieta, vt plurimum perdens, Non ne vincit etiam animalia bruta? non ne Leones inuadit? non ne Equos, & Ceruos prosternit? eo magis naturam humanam simmetram æqualem, & temperatam simpliciter superabit.

# ADMONITVM IV.

## De Speciebus Pestis, & Præseruatione.

Apparent tres causæ pestilentiæ, tres etiam species, & qualibet harum, aut vehementissima, aut mediocris, aut mitis, quæ omnia facilè ex iàm dictis dignoscuntur, & præsertim ab aeris constitutionibus preteritis, & præsentibus, atq; etiam distinguuntur ab omnibus alijs Epidemicis, & vulgaribus affectionibus. Dantur enim Epidemiæ benignæ, contagium etiam benignum. Vt fuit illa anno 1582. vocata morbus Arietis; distinguntur etiam à contagiosis, benignis, & cronicis, vt à scabie, & inflammatione oculorum. malignis, vt ethica, phthysi, morbo gallico, rabie canina, à contagiosis, malignis, & acutis, vt sunt febres malignæ cum papulis nigris, vrinis turbatis, & inquietudine, & ab affectibus pestilentibus sine peste; quoniam non vulgaritatem communem, neque mortem ita frequentem possident, immò pestis ipsa, & Epidemicæ pestilentes febres, sordidæ, contagiosæ, cum venenositate arsenicali, dum incipiunt, nequeunt occupare multos, neq; maiorem partem eodem tempore interficiunt; sed successiue, & longo dierum, & mensium spatio; in specie vero illa mediocri, & minima pestilentia, nec maior pars inquinatur, neque maior pars inquinatorum interit, & hæc veritas pluribus exemplis confirmatur, ex pestilentijs grassantibus Cairum, Bizantium, Germaniam, Galliam, & alia Regna, quibus in locis, cum mediocris, & mitis hæc incurset, multi ea non corripiuntur, & innumeri etiam deturpati sanantur, neq; in constitutionibus Epidemicis Hippocraticis omnes affectiones erant pestilentes, atq; maligna (quotidiana experientia, & historia comprobant,) quas conditiones, & proprietates pestis, si nonnulli intellexissent, & hodie intelligerent, non tot dissidia inania de peste dignoscenda & discernenda ab alijs contagiosis affectionibus, & epdemijs proferrent; Multi enim contagiosi affectus, multi etiam epidemici,

Obiectis respõsio sol. not.

& multæ constitutiones. Vt dictum, inueniuntur, benignæ minimeq; lethales; dignoscant quidem quid sit vulgaritas, & quotuplex, quid contagium, & quotuplex, quid sit malignitas, venenositas, & quotuplex, & quomodo hæc inter se differant, adeant opuscula nostra 1617. edita Pisauri, de malignis, de quibus, & in quibus longa habetur oratio: his accuratè, & sine liuore animaduersis, poterũt facilè veritatem deprehendere, & rectam curationem, & præseruationem non solum genericam, sed specificam instituere. Quamuis Gal., & Hipp. statuant, febres pestilentiales extra methodum esse, quia Bezoartica, & Alexipharmaca experientia tantummodò sunt inuenta, & venefica, & aduersa natura pestis ignoratur, cognoscitur tamen in specie, an sit cœlestis à causis, & signis cælestib., aerea ab aereis, aquea ab aqueis, terrea à terreis, cadauerib., animalibus, terrestrib.

## De Præsagio Curaq; Pestis.

Quid præsagiendum pro qualibet specie, & quid agendum neminem fugit, opus enim est, vt humana corpora ab excrementis libera conseruentur, muniantur Alexipharmacis antipestilentialibus, aut cœlestibus, aut aereis, aut aqueis, aut terreis, & roborentur partes principes, præsertim Cor, Cerebrum, & Hapar, Causæ tàm potenti, & inimicæ in genere, & in specie arsenicali volatili aduersentur iubente Gal. p. de diff. febrium 4 & 6. dicuntur aduersari non indicari, quia indicatum sumitur à manifesta natura indicantis, huius verò pestilitatis arsenici volatilis forma, & vltima differentiæ temperamenti nobis ignotæ manent. At si excrementis non redundant, quod rarò contingit saltem natura, & complexio Cordis, & vniuersi custodiatur cardiacis, & alexipharmacis antiarsenicalibus refrigerantibus acrimoniam, & corrosionem castigantibus, vt potentior, & validior euadat ad resistendum pestilentiæ, ita vsu mithridati, & theriacæ ille Rex potuit venenis oppugnari, & puella veneno nutrita: eademq; in præseruatione, sunt etiam in curatione tentanda, quoniam indicantia, & requisita æquantur, hoc vnum Auicena, & reliqui Arabes, & Græci obseruarunt, vt summa curationis sit exic- (Chirurgia) catio, vel Phlebotomia illico prima die, si opus fuerit, venis pedum potissimum incisis, aut hemorrhoidibus reseratis, aut scarificatione malleolorum, aut cucurbitulis scarificatis partium inferiarum; Nam longè à corde venefici humores, & sanguinea

massa

9

*massa deturpata reuellenda, & euacuanda; præsentanea etiam sunt cauteria, & setacea inguinibus, & axillis tanquam emunctorijs cordis, & Hapatis, pariter exiccantia, frictiones, & vstiones partium extremarum auxiliantur.*

# ADMONITVM V.

## De Materijs Pharmaceuticis in Præseruatione, & Curatione.

*SIcuti dum materia turget, aut copiosa luxuriat, aut fluit ad nobilem partem, statim purgantia medicamenta veniunt vsurpanda, ita aliquando in principio non inutiles recensentur Clysteres, aut Lenientia Pharmaca, aut Vomitoria. vt primæ viæ excrementis immunes reddantur animaduersa ætate, temperamento, regione, & anni tempore Veluti Melle rosaceo solutiuo, vel Syr: ros: sol:, Triphera persica, Cassia, Pulpa Tamarindorum, Elect: Lenit:, Diapruno Lenit:, cum Scordio, & Dictamno, & spetiebus cordialibus: his prima die in curatione, aut præseruatione peractis. Occasio enim maximè præceps, & morbus acutissimus citò ad statum lethalem, vel salubrem extremos labores exercet; Purgantia sint tamen benigna, & accomodata humori excrementitio, & bezoartica virtute concinnata retundentia corrosionem, siccitatem, acredinem arsenici pestilentialis, ita etiam alterantia, Syrupi, & decocta varia præstabunt, pro varia specie humoris peccantis, & pestilentiæ perpetuò cardiaca, & antipestilentialia, antiarsenicalia iuuant, quorum alia sunt communia, vt Theriaca, Mithridatium, Confectio de sanguinibus, Elect: de Ouo, Diascordium, Diahiacinthum, Confectio AlKermes, Diamargariton, Letificans, Diambra, Diamoschum, sal Theriacale, Antidotus magna Matheoli, Terra Samia, Bolus Armena, & sexcenta alia, quæ proponuntur à Dioscoride, Dodoneo, & collecta etiam in nostris opusculis de peste, quæ* Pharmacia.

B 2 tamen

tamen non vndequaq; ſatisfaciunt ſingulæ peſtilentiæ, quoniam
not: ſpecifica, & particularia, non tantummodo generica animaduertenda; ſemper tamen exiccare humidum excrementitium, detergere ſorditiem, (quæ duplex adnotatur ab Auic: cap: de peſtilentia lib. craſſa, viſcida, alba, fœtens, vel ſubnigra, & ſanguinea) incidere lentorem, & qualitati occultę obſiſtere oportet. Verum quid aliud etiam particulare deſideratur, & magis determinatum huic, vel illi peſtilentię. Valeant igitur, qui ex iam dictis de natura generica, & ſpecifica peſtilentię non agnoſcunt ipſam ſtatim primis diebus, & ſuum characteriſmum determinatum, & qui putant alexipharmaco vno generico ſanare omnes peſtilentias particu-
not. lares: Dantur quidem communia alexipharmaca generica innumerabilia ab Hollerio, Fernelio, Fracaſtorio, & alijs grauiſsimis medicis inuenta, quę genericam naturam ipſius peſtilentię frænant, Verum præter hæc, etiam ſpecifica, & determinata antipeſtilentialia interna, & externa accuratè ſunt excogitanda, quæ correſpondeant, & aduerſentur magis ſpecificæ ideæ, & determinatę, tunc temporis vaganti, cum variolis, cum peticulis nigris, bubone, antrace, vomitu, delirio, & vrinis turbatis etiam ante 4. & 7. lethali; multi ſudoribus ſaluantur, alios in primis bubo, aut Antrax aggreditur, alij vomitibus, ſi 7: pertranſibant ſalui erant: at qui vomitu, delirio primis diebus, ferè omnes interibant. Infra etiam huius hiſtoria narrabitur; aut maximæ, aut minimæ, aut mediocris à Cœlo, Aere, vel victu, vel contagio productæ: cognitis aeris conſtitutionibus præteritis, & præſentibus, narratis ab Hippocrate, & ab Ariſt:, quæ multum conferunt, & ad cognitionem, & ad remedia inuenienda, demum habita ſemper prouidentia naturæ, ætatis, ſexus, conſuetudinis, temporis anni, & regionis ægrotantis, & præſeruandi, & curandi. Si hæc obſeruabuntur facilius etiam hæc peſtilentia nunc vagans particularibus ſymptomatibus narratis curabitur: nam annorum tempeſtates prçteritę, & præſentes admodum humidæ ſunt, & fuerunt, victusq; prauus, & hæ febres peſtilentiales cum ſymptomatibus, contagioſæ, & ſordidę, veneficę, & Epidemicę ex contagio acuto, venenoſo, vulgari, & ſordido delato excitatę ſunt, non autem primo ab aere, adiuuante tamen cœlo, & tempeſtatibus aeris, atq; etiam prægreſſa praua victus ratione, & alijs erratis, quæ conſpirarunt ad contagium fouendum, & augendum, Quoniam vnica fuit tantum

prini-

principalis origo, & fons huius presentis pestilentiæ, Italiam deuastantis anno 1629. 1630., quę ortum duxit, & initium sumpsit à Germanico exercitu. in Italiam transeunte, qui Valtelinam primò, deindè Mediolanum, Cremonam, Alodium, Parmam, Placentiam, postea Bergamum, Mantuam, Ferrariam, Bononiam, Florentiam, Veronam, Brixiam, Vicentiam, Tridentum, & alias Italicas vrbes, tandē Venetias inquinauit. (At Serenissima Respublica religione, pietate, munificentia, prudentia excelsa, innumeris auxilijs præcibus in Deum, templi voto, ruentis inclita vrbis fatum coercuit); verum enim vero ipsi Germani primo hac dira lue coinquinati interierunt, & alios passim conspurcarunt; vnde etiam à tot cadaueribus insepultis, & viuis etiam correptis hac sordida pestilentia; atq; etiam à praua victus ratione sordidis vestimentis, & dormitionibus immundis militum emanauit effluuium contagiosum, & pestilentiale in aerem proximum, in vestes, & tandem in homines; ex his omnibus conspirantibus, facile postea grassata passim est pestilentia hæc specifica, quibus omnibus determinatis presidijs reluctandum: verum hæc historicè dicta videbuntur, dum probationibus careant, sed alibi nostris in opusculis de peste in lucem editis anno 1617. omnes precipuè questiones de natura, & speciebus contagij, pestis, putredinis malignę, vulgaritatis, de tempestatibus aeris, epidemicis, de differentijs, causis atque signis, nec non de curatione, & preseruatione chirurgica, pharmaceutica, & dietetica enucleata sunt longa oratione, & multis authoritatibus, rationibus, & experimentis comprobatæ; solummodo nonnulla presidiorum materia singulares, & specificæ huic singulari, & specifica idea sordidę pesti accomodatę recitabuntur, & pro pauperibus, & pro diuitibus, pro biliosis, sanguineis, pituitosis, melancolicis, & omnibus ætatibus, atq; temperaturis, & pro qualibet specie determinata, cęlesti, aerea, aquea, terrea, vt facillimo negotio vnusquisq; se preseruare valeat, atque etiam curationem instituere presentaneam, (cognita idea in genere, & specie, & corporibus paratis.

Pestis 1629. 1630.

AD-

# ADMONITVM VI.

## De materijs Medicis singularibus ad preseruationem, & curationem à peste.

Pharmacia

*DVm adest pronitas, & inclinatio, & præsentia materiæ ad vomitum, non solum in præseruatione, sed etiam in curatione vomitoria sunt probanda, & præsertim in hac specie pestilentię, in qua multi statim in principio, & prima die vomitu conflictantur. humores pestilentes copiosi vigent circa Hepar, & Cor, & à virtute valida ægrotantium conantur expelli, vt exoneretur natura illa sarcina tàm venenosa: In preseruatione autem semel vel bis in hebdomada præsertim corporibus pituitosis accomodant, & erunt talia Vomitaria*

De vomitorijs

1 ℞. dec. Raphani
Rad: Asari
Sem. Anethi Lib: III.
Oximel. Simpl. vnc. II.
M. pro Vomitorio, Aut.

2 ℞. dec. Scordei
Dictamni
Cort. Citri
Caricarum. pinguium Lib. II.
Olei communis, vel Amigd. vnc. II.
M. pro Vomitorio

*Verum in Curatione illico in prima die vsurpanda veniunt. Vt*

3 ℞. Lixiuij dulcis Lib II.
Olei Viol. vnc. II.
Salis scrup. I.
M. pro Vomitorio, Aut

4 ℞. Diasari Fernelij vnc. s.
Diascordei drac. I.
Aquę communis tepidę, aut Iuris pinguis Lib. iij.

m: pro

m. pro Vomitorio

Hac sunt blanda, & mediocria vomitoria : Alij etiam laudant Antimonium præparatum ad gr. VI. uel VIII. cum Saccaro rof. quod in valido ægrotante non improbatur sicuti etiam decoctio Ellebori albi præparati ex Oribasio : puluis etiam Algaroti sumopere conducit robustis.

Pariter Clysteres, & in curatione, & in præseruatione iuuant pro ætate, natura, & consuetudine ægrotantis, & humoris vergentia : in preseruatione bis in hebdomada. Clysteres

R. decoct. Betæ
Pimpinellę
Prunor.
Scordei
Dictamni
Fol. Brassicæ lib. I. s.
Mell. rof. sol.
Olei Rof. an. unc. II.
Salis scrup. I.
m. pro Clystere, Aut.

R. Decoct. Maluæ
Althea
Furfurum
Origani
Calamenthi lib. I. s.
Triphera persica unc. I. s.
m. pro Clystere

Pro Calidioribus

R. dec. Hordei
Violarum
Prunor. lib. I. s.
Olei Viol. unc. II.
m. pro Clystere

Sicuti etiam pro puellis, quę vermibus solent etiam conqueri.

R. Lac

℞. Lactis Vaccini, vel Caprilli, vel Seri Caprini lib. s.
Saccari rubei unc. i.
m.

In curatione vero, modo mitiores, modo acriores infunduntur pro exigentia febris pestilentialis, & symptomatum. Vt
℞. decoc. Prunor. damasc.
5. Tamarind.
Betæ
Fol. Brassicæ lib. I. s.
Mell. rof.
Olei Viol., Aut
Nenupherini an. unc. ij.
m. pro Clystere
Pro Pituitosis, & flatibus vexatis
6. ℞. decoc. Fl. Camemeli
Anethi
Anisorum
Furfur. lib. i. s.
Diapheniconis, aut
Elescoph, aut
Benedictæ Laxatiuæ unc. i.
m. pro Clystere

De lenientibus.

Lenientia medicamenta aliquando summopere probantur, quæ supra fuere recitata, & præsertim, Triphera persica, Mel, & Syrupus ros. sol., Tamar., Cremor Tartari. Vt
℞. Tripheræ persicæ unc. I.
Pulpæ Tamarindorum
Crem. Tartari drac. i.
m. f. b.

De Alterantibus Syrupis, & alijs.

Syrupi. Sicuti etiam non omittendi Syrupi, & decocta pro singulo humore concoquendo, & vijs parandis, tàm in præseruatione, quàm in curatione, ex Soncho, Ruta capraria, Dictamno, Scordeo.

Tre-

*Tormentilla, Bistorta, Gramine, Calendula, Fragaria, Pimpinella, Pentaphillo, Cicoreo, Lapatio acuto, Cort. Citri, Fl. calendulæ, Fl. cordialibus, Succis Citri, Limonis, Aurantij, Spiritu Vitrioli, Spiritu Salis, Succini, Camphoræ, ex Serico purpureo, Pomis, & sexcentis alijs compositis, & componendis calefacientibus, & exciccantibus, vel refrigerantibus, vel temperatis, vel chimicis magisterijs, aut iusculis alteratis, aut aquis stillatitiis, aut succis depuratis.*

## De Chimicis.

*VErum, quia hęc pestilentia nunc vagans acutissima est, vt Arsenicum, cuius vires vnusquisq; agnoscit, & primis diebus maximos labores producit, eget etiam velocissimis, & præstantissimis remedijs antiarsenicalibus, qualia parãtur chimicis magisteriis, & sũt Quintę essẽtiæ, Sales, Spiritus, Extracta, Elixir, Pulueres, Odoramenta, de quibus in medicina iucunda, & opusculis de malignis iàm editis: Nunc his breuiter prænotatis, singulares materię in hac singulari pestilentia arsenicali pro pauperibus, & diuitibus, & singulis vtilissimæ, & experientia confirmatę memorabuntur in curatione, & præseruatione. Dum febris pestilens insultat, omnia mitiora, & refrigerantia exiccantia acidula eligantur, sępè, bisq; in die, vt internus ardor arsenici corrosiui, & septici castigetur, eadem tamen die alterantia antipestilentialia, & bezoartica, ita etiam in præseruatione veniunt administranda. Quoniam si prima die, vel secunda virulentia illa venenosa longè à corde, hæpate, & cerebro non expellatur, vel per vrinam, vel per sudorem, vel per vomitum, vel per aluum, vel per cutaneas maculas, vel bubones, uel antraces, mors in foris est. Illicò igitur curatio, aut preseruatio vsurpetur emundatis primis viis.*

*Acetum, vel vinum pro pituitosis, & humidis.*

## Acetum antipestilentiale sulfuratum præseruans, & curàns.

*℞. Aceti, aut Vini albi oligophori Lib, xx.*
*Sulfuris Vnc. I.*
*Vitrioli Vnc. s.*

C Nucum

Nucum
Caricarum pinguium ān Drac. III.
Camphore
Cristalli præparatæ
Cort. orizæ
Croci
Sem. papau. albi
Stiracis ān drac. I.
M. ad quatuor dies omnia macerentur, deinde exprimantur.
R. huius colaturæ Vnc. III.
bis in die: ex residuo puluis etiam conficiatur

## Acetum Barbatum.

R. aceti Lib. XV.
Rad. pentaph.
Rad. cardui benedicti
Rad. tapsi barbati ana m. II.
Ammoniaci
Cremoris Tartari ana drac. s.
Cort. raphani
Cort. citri
Sem. acetosæ
Sem. rutæ
Sem. pimpinellæ. ana Vnc. s.
Fol. myrthi
Fol. rutæ capraria ana m. s.
Rad. bistortæ
Rad. tormentillæ ana drac. II.
Omnia ad quatuor dies lento igne macerentur, deinde exprimantur, & bis colentur per manticam Hipp. colatorium dictum.

R. Huius colaturæ Vnc. III.
horis quatuor ante cœnam, & prandium in præseruatione, & curatione.
Poterit etiam hac eadem colatura ablui regio cordis, testes, nares, pulsus, chirotecæ, & vestimenta.

Resi-

Residuum expressionis exiccetur, & fiat puluis tenuissimus.

R. Huius pulueris drac. I. s. Mane, & vesperi Aqua rosacea in febribus, vel acetosæ, vel scorzoneræ Vnc. VI. vel vini oligophori, vel aceti prædicti præcauet: sudor quidem prouocabitur, semper in medela vtilissimus, & semper pestilentiam eliminans.

Notandum Sulfur, Vitriolum, Nitrum, Succinum, Camphoram, Fol. semper viui, Sem. papau., Vngulã Asini, Cor Pauonis, Smaragdum, Caprã syluestrẽ, Cristallum, Corallia, Gummata cerasorum, tragacanthi maximas partes tenere in præsenti hac pestilentia tàm sordida, & corrosiua arsenicali, & eo magis, si ex his eliciantur flores, & extracta, & quintæ essentiæ, aquis cardiacis, aut decoctis refrigerantibus, acidis succis, non autem corrosiuis; vt malè pseudo Chimici conficiunt, præstat etiam pro pituitosis, & humidis.

## Diafœtidum Antipestilentiale.

R. Castorei
Asæ fœtidæ
Cornu Hirci
Vngulæ Asini
Globuli Capræ siluestris
Cornu Capræ siluestris
Salis armoniaci
Cristalli præparatæ
Cort., seu furfurum orizæ
Scordij
Ammoniaci ana drac. I.
Sandali citrini
Fol. myrthi
Fol. persici
Fol. semper viui
Flor. calendulæ
Rutæ caprariæ ana drac. I. s.
M. f. puluis tenuissimus

R. Huius pulueris drac. I. s.
Dec. cardui benedicti, Vel

*Aquæ scorzoneræ Vnc.* VI. *aut etiam Lib.* I.
*M.*

*Aut parentur rotulæ cum prædicto puluere, & saccaro, vel electuarium cum syrupo de succo citri, & de cort. citri, et bis in die sumatur; Oportet enim corrosiuæ virtuti, & putrefactiuæ arsenicali resistere, & aduersari refrigerantibus, & attemperantibus, atq: narcoticis commistis in debita proportione; exsiccantibus etiam, & singularibus in hac peste tàm feroci.*

Pro sanguineis, & temperatis.

*℞. Scordij*
*Ecchij*
*Camedrios*
*Dictamni cretici*
*Florum hiperici*
*Rad: sonchi an. vnc.* V.
*m. f. puluis, vt supra*

*℞. Huius pulueris drac.* I. *s.*
*Dec. Serici purpurci*
*Rad. Pentaph:*
*Scabiosæ*
*Pimpinellæ*
*Tapsi Barbati*
*Lentium*
*Rutæ*
*Nucum*
*Alchali comestibilis vnc.* VI.
*m. Aut.*

*℞. Decoc. Cardui benedicti*
*Calthæ*
*Pulpę citri incisæ*
*Ecchij*
*Tormentillæ*
*Fol: myrthi*
*Semper viui*
*Acetosæ*
*Rutæ caprariç*
*Pimpinellę vnc.* VI.

*Bibat*

Bibat bis in die ante cœnam, & prandium. horis quatuor. Præstantissima potio tàm curat, atq; preseruat, aut pro pituitosis, & humidis corporibus.

℞. Theriacæ
Mithridatij
Flor. calendul.
Croci
Sem: papaueris albi
Rosar. rubear.
Cristalli preparatæ
Sandali citrini ana drac. I.
Olei Matheoli de scorpionibus.
Anthidoti Matheoli an. drac. s.
Cepe aut Mala punica, aut poma citria excauata repleantur, & pasta inuoluta furno coquantur, postea exprimantur.
℞. Huius succi expressi, & percolati drac. II.
Aquæ scorzoneræ
Aquæ acetosæ
Aquæ rosaceæ an. vnc. III.
m. bis in die sumatur; præcauet, & liberat.

Aliud pro pituitosis temperatis, & humidis.

## Diastercoreum Antipestilentiale.

℞. Vrinæ Hirci
Vrinæ Asini ana Lib. x.
Stercoris Hirci
Asini ana Vnc. II.
Camphoræ
Castorei
Assæ fœtidæ
Rad. tormentillæ
Rad. verbenæ
graminis
Cristalli præparatæ
Sandali citrini ana. drac. I.
Boli armenæ

Cort. citri
Cort. raphani maioris ana drac. s.
M. f. dec. ad 3., deinde destilletur B. M. Manebit in fundo sal volatile, & parietibus adherebit.

R. Huius salis scrup. I. s.
Dec. prædicti destillati Vnc. VI. aut Lib. I.
M.
Bibat bis in die, & sudet, horis quatuor ante cibum, abluat etiam hac aqua destillata vniuersum corpus, Aut

R. Anthidoti magnæ Matheoli Scrup. I.
Salis theriacalis
Sem. papaueris
Vngulæ Asini ana scrup. s.
F. puluis, bibat, vel cum aqua scabiosæ, vel rutæ capraria, vel ecchij, vel pimpinellæ ad Vnc. VI. & bis in die

Pro Biliosis, & sanguineis

R. Extracti caphuræ
Croci
Cristalli preparatæ
Corallor. rubeor.
Succini
Serici purpurei
Rad. angelicæ confectæ succo citri, succo Limonum scrup. I. s.
Vini albi oligophori
Aquæ Rosaceę
Aquę Myrthi ana Vnc. III.
M. & bibat vt supra.

Pro Biliosis, & sanguineis.

## Puluis Hircinus.

R. Hirci viui n. I.
Furno in cinerem redigatur.

R. Huius Cineris
Cristalli preparatę

*Vngulę Asini ana drac. I.*
**Decoct.** *Cardui B.*
*Sonchi*
*Fragarię*
*Acetosę*
*Pimpinellæ*
*Myrthi*
*Graminis*
*Pentaphilli Vnc.* VI. *etiam Lib.* I. *ad sudorem.*
*M. bibat bis in die*
*Puluis certę experientię in hac sordida arsenicali peste.*
*Pro Biliosis, sanguineis, & temperatis*

## Diacordium.

*R. Contra hierbę*
*Salis Theriacalis*
*Hepatis Vipera*
*Cordis Vipera ana drac.* I.
*Cordis Hirundinum*
*Cristalli præparatæ*
*Sem: papau. albi*
*Cineris scorpionum*
*Ossis de corde ceruі ana drac.* II.
*M. f. puluis tenuiss.*
*R. Huius drac.* I. *s.*
*Aquæ Acetosæ*
*Aquæ Myrthi ana Vnc.* IIII. *& etiam Lib.* I.
*M. bibat vt supra*
*Pro eisdem.*

## Puluis Capreus.

*R. Globuli terrei, qui inueniuntur in Capris siluestribus. vulgo Camozze drac.* II.
*Smaragdi*
*Vngulæ Asini*
*Salis Armoniaci*

*Ammo-*

*Ammoniaci*
*Gummi Tragacanthi*
*Gummi Cæraſor·*
*Sem. Erucæ*
*Rapar.*
*Portulacæ*
*Acetoſæ ana ſcrup. II.*
*M.f. puluis tenuiſſ.*
*R. Huius drac. I. s. & drac. II.*
*Vini albi oligophori*
*Aquæ roſaceæ ana Vnc. IIII. aut etiam Lib. I.*
*m., & bibat*
*Aut conficiantur rotulæ cum ſaccaro, aut Elect. cum ſuc-*
*co citri.*
*Pro Bilioſis, ſanguineis, & temperatis*

Puluis Mirt

*R. Fol. Myrthi Vnc. I. s.*
*Fol. ſemper viui*
*Rutæ*
*Pimpinellæ*
*Dictamni cretici*
*Tapſi Barbati ana drac. IIII.*
*M. f. puluis, capiat vt ſupra*

**Puluis Alkali.**

R. Sem. *AlKali domeſtici Vnc. I.*
*Troc. de camphora*
*Diacriſtallij noſtri*
*Fol. perſici*
*Myrræ*
*Croci*
*Sandalorum omnium*
*Bezoar*
*Vngulæ Alcis*
*Vnicornu*

*Ter-*

*Terræ turcicæ ana drac. I.*
*M. f. puluis tenuissimus*
R. *Huius drac. s. drac. I. & drac. II.*
*Decoctionis Cardui Benedicti*
*Serici purpurei*
*Pimpinellæ*
*Scordij Vnc. VI. aut Lib. I.*
*Bibat bis in die*
*Rotulæ etiam, aut elect. conficiatur*
*Pro pituitosis, & humidis*

## Diasulfur Cardiacum.

R. *Vitrioli*
*Sulfuris ana drac. II.*
*Tartari albi*
*Salis armoniaci*
*Ammoniaci*
*Sem. Acetosæ*
*Portulachæ*
*Pimpinellæ*
*Serici purpurei ana drac. II.*
*Aquæ scabiosæ*
*Succi pomor. dulcium ana Lib. V.*
*Aceti scillitici*
*Succi Citri ana Lib. I.*
*M. destilletur B. M. quatuor vicibus, quod remanet in fundo vocatur Balsamum, seu Butirum.*
R. *Huius drac. s. drac. I. drac. II. etiam*
*Aquæ destillatæ ex his Vnc. VI.*
*M. bis in die bibat*
*Si quid ab hac sordida pestilentia tuetur, & si quid ipsam eliminat, hoc vnum est.*
*Pro Biliosis, & sanguineis*

## Diacitrum Antipestilentiale pro diuitibus.

R. *Citri incisi n. I.*
*Hordei*

Lentium
Vngulæ Asini ana Vnc. I.
Theriacæ
Mytridati
Conf. diablacinthi
Sem. Acetosæ ana drac. I.
Aquæ communis Lib. xx.
Aceti
Succi citri ana Lib. II.
F. dec. ad V. & coletur bis

R. Huius colaturæ Vnc. IIII. mane, & vesperi, & sudor preuocetur, munit, & medetur.

Ex his etiam puluis, rotulæ, & electuarium, & sal, chimico magisterio parabitur.

Pro pituitosis humidis, & senibus pauperibus.

## Potio, & puluis diauincetoxici.

R. Scordij
Calendulæ
Rutæ caprariæ
Ecchij
Petasitis
Fol. Myrthi
Dictamni cretici
Cardui Benedicti
Vincetoxici
Tapsi barbati ana m. s.
Succi pomorum acidorum
Anguriæ
Aquæ communis ana Lib. v.
F. dec. ad V. & coletur bis

R. Huius colaturæ Vnc. IIII.
Residui in puluerem redacti drac. I. s.
m.

Pro biliosis, sanguineis.

## Aqua, & puluis diaraphani.

℞. Sem. *Acetosæ*
*AlKali domestici*
*Pimpinellæ*
*Vngulæ Asini*
*Cristalli preparatæ*
*Sem. Raphani ana drac. II.*
*Rad. bistortæ*
*Graminis*
*Sonchi*
*Tart. albi*
*Rad. Angel. odor. ana Vnc. I.*
*Aceti*
*Aquæ vitæ*
*Succi citri*
*Succi limonum*
*Aquæ communis ana Lib. x.*
*F. d. ad v., & coletur bis*

℞. *Huius Vnc. IV.*
*Residui pulueri̇zati drac. I. s.*
*Bibat, abluat etiam hac regionem cordis, pulsuum, manuum, axillarum, testium, & totius corporis.*

*Pro biliosis, sanguineis, temperatis.*

## Dialapideum Antipestilentiale.

℞. *Salis Viperini drac. II.*
*Margaritarum preparatarum*
*Fragmentorum praciosorum*
*Sandali citrini*
*Diacristallij nostri*
*Diacorallij nostri*
*Globuli capræ siluestris*
*Cariophillorum*
*Fol. Myrthi*
*Cinnamomi*
*Tartari albi ana drac. II.*

Zaccari albi Unc. III.
M. f. puluis tenuissimus.
℞. Huius drac. I. s.
Bis in die in ouo sorbili, vel
aqua acetosę ad lib. I.
Pro biliosis, sanguineis, temperatis, & diuitibus.

## Diacor volatile Antipestilentiale.

℞. Cordis, & ępatis Hirundinum
Gruis
Ciconię
Aquilę
Cerui
Caprę siluestris ana Unc. s.
Cordis, & hępatis Viperę drac. II.
Carnis Viperæ
Carnis Lacertę preparatæ ana Unc. I.
Elixentur aceto, & vino maluatico, & postea redigantur in puluerem
℞. Huius pulueris drac. I. s.
Conseruæ ex toto citro Unc. I. bis in die
M.
Rotulæ, & Elect. etiam ex his, summopere valent.
Pro eisdem

## Puluis diaacori.

℞. Rad. Acori Unc. s.
Angel. odor.
Unicornu
Ungulæ Alcis
Ungulæ Asini
Diacristallij nostri pro peste ana drac. I.
Baccarum Iuniperi
Margaritarum præp.
Lapidum præciosorum
Cinnamomi ana drac. s.

Saccari Vnc. II.
F. puluis tenuiss.
℞. Huius drac. I. s.
Vel in ouo, vel cum toto citro, vel aqua Myrthi ad curationem, & praeseruationem.

Aliud Antipestilentiale pro diuitibus, & hoc solum sat esset in praeseruatione, e curatione. Verum quia aetas, temperamentum, consuetudo, tempus anni variant, & varia etiam apparet haec species pestilentiae arsenicalis, ideo multa proponuntur, vt vnusquisq; eligat magis accomodatum sibi.

Pro pituitosis humidis, & senibus

## Diacontraherba Antipestilentialis.

℞. Confect. Diahiacinthi
Confect. AlKermes
Diachristallij nostri
Diacorallij nostri
Diambrae ana drac. I.
Contra hierbae
Ossis de corde cerui
Cordis cerui
Cordis Viperae
Cineris scorpionum
Salis viperini
Smaragdi
Boli armenae
Bezoar
Vngulae Alcis ana drac. s.
Conseruae ex toto citro lib. I. s.
m. f. Elect. capiat drac. II. bis in die, aut puluis, aut rotulae, aut sal chimicè conficiatur.

Pro pituitosis, & humidis

## Diascorpionum Antipestilentiale.

℞. Mercurij diaphoretici Paracelsi

Salis

Salis Cardui Benedicti
Spiritus Vitrioli
Olei de Scorpionibus Matheoli
Magnæ Antidoti Matheoli
Confect. AlKermes
Diahiacinthi ana drac. I.
Butiri Sulfuris
Vngulæ asini
Mitridatij ana drac. s.
Fol. auri n. xxx.
Aquæ scorzoneræ q. s.
m. f. Electuarium, capiat. drac. s. bis in die, aut puluis, aut rotulæ parentur
Aliud pro Biliosis, & temperatis

Diamaluaticum

℞. Vini maluatici
Aquæ acetosæ
Aquæ rosaceæ
Aquæ myrthi
Aquę scorzoneræ ana lib. IIs
Cinnamomi
Cariophillorum
Croci
Sandali citrini
Corticum citri
Contrahierbæ
Corallorum rubeorum
Caphuræ
Succini
Cristalli præparatæ
Gummi Tragacanthi ana drac. s.
Fol. Acori n. x.
M. macerentur ad quatuor dies, deinde colentur bis, & adseruetur liquor vase argenteo, vel aureo, vel vitreo
℞. Huius liquoris percolati mane, & vesperi unc. II. tàm in curatione, quàm in præseruatione residuum in pollinem redigatur

R. Hu-

℞. Huius drac. I.

Loco vini possumus addere acetum, & erit prestantissimum.

Pro temperatis, & biliosis

## Acetum sulfuratum caphuratum.

℞. Sulfuris viui
Tartari albi ana Vnc. s.
Vitrioli
Cristalli preparatę
Nitri
Sem. Papaueris albi
Caphuræ ana drac. I.
Fl. calendulę p. I.
Citri incisi n. I.
Aceti albi Lib. x.
Aquæ rosaceę Lib. v.
F. inf. ad diem, & ebul. ad 3., & bis coletur.

℞. Huius colaturę mane, & vesperi Vnc. II.

Residuum in puluerem redigatur, & Huius drac. I. erit dosis. & drac. II.

Pro temperatis biliosis, & sanguineis

## Diacornu

℞. Rasuræ cornu capræ siluestris vnc. I.
Cornu cerui
Cornu Hirci
Vngulæ asini
Tartari albi ana drac. II.
Coriand preparatorum
Sem. acetosæ
Tapsi Barbati
Portulachæ
Pimpinelæ
Cristalli preparatæ ana drac. I.
Fol. auri n. x.
Saccari vnc. II.
M. f. puluis tenuissimus

℞. Huius

℞. Huius drac. I. s.
Aquæ portulachæ,
Aquæ Myrthi ana Vnc. III. aut Lib. I.
M.

Pro pauperibus in tutela, & sanatione temperatis.

Diacalendula

℞. Fl. Calendulæ p. I.
Rutæ Capraria
Persici ana p. s.
Rad. pentaphilli
Graminis ana drac. II.
M. f. puluis
℞. huius drac. I. bis in die

Pro pauperibus, biliosis, sanguineis, & temperatis.

Diatartareum

℞. Fl. Tartari albi Vnc. I.
Fl. Sulfuris
Fl. myrthi ana Vnc. s.
Vngulæ Asini
Sem. hioscami ana drac. I.
M. f. puluis tenuissimus
℞. Huius drac. I. s. etiam drac. II.
Dec. hordei
Calendulę Vnc. VI. etiam Lib. I.
m. f. potio,
Aut paretur Electuarium, aut Rotulæ

Verum, quia expertum est, non solum bene olentia summopere præseruare, & curare has pestilentias arsenicales, sed etiam male olentia, quamuis semper vtiliora inueni odorifera spiritus recreantia, & omnes virtutes cordis, cerebri, & hępatis munientia, his diuites, nobiles, & delicati vtantur, uiles autem, & rustici allio, cępis, Asa fœtida, Castoreo, Raphano, Stercore, baccis Lauri, & alijs, quę quidem etiam fugant hanc sordidam luem, & arcent.

Pro pituitosis, & humidis

Dia-

## Diauincitoxicum Caprarium.

℞. *Vincitoxici*
*Tapsi barbati ana m. s.*
*Fol. myrthi*
*Rutæ capraria ana p. I.*
*Fol. semper uiui drac. II:*
*Cornu hirci*
*Stercoris hirci*
*Stercoris canis*
*Stercoris Hirundinum ana drac. I.*
*Aceti*
*Aquę Acetosæ ana Lib. X.*
*Ponantur vase terreo cooperto, in furno, vsquèquò tota humiditas absumatur, & ter aqua, & aceto renutriantur, & in puluerem tenuissimum redigantur.*

℞. *Huius drac. s. drac. I. & drac. II.*
*Aquæ scorzoneræ*
*Succi citri ana Vnc. II. aut etiam Lib. I.*
*M. potet bis in die medetur, & precauet.*
*Pro pituitosis humidis, & senibus*

## Diaammoniacum corallatum.

℞. *Ammoniaci Vnc. I.*
*Theriacæ*
*Mitridati*
*Vitrioli*
*Salis armoniaci ana drac. II.*
*Styracis*
*Caphurę*
*Cristalli*
*Sem. papaueris albi*
*Succini*
*Corallorum rubeorum*
*Fol. myrthi ana drac. I.*
*Aceti*
*Succi limonum*

Succi citri
Aquæ rosaceę
Calendulę ana Vnc. IIII.
Ponantur hæc omnia vesica Hirci, & hæc vase terreo, & furno, vsquequo puluis conficiatur.
℞. Huius drac. I. s. aut drac. II.
Decocti scabiosæ
Myrthi
Calendulæ ana Vnc. IIII. aut sex. etiam octo.
M. Hauriat bis in die
Pro pituitosis humidis, & senibus

## Diasalium potentissimum.

℞. salis cardui benedicti
Salis Gentianæ
Salis imperatoriæ
Salis gummi cærasorum
Salis gummi tragacanthi ana Vnc. III.
Magisterij perlarum
Corallorum
Spiritus caphuræ
Spiritus succini
Spiritus Theriacæ ana drac. I.
M. & redigantur in puluerem.
℞. Huius drac. s.
Aquæ angelicæ Vnc. III. aut Lib. s.
Aceti rosacei Vnc. I.
m. capiat bis in die mirificè preseruat, & curat.
℞. Aquæ nucerinæ thermalis Lib. XX.
Vngulæ Asini Vnc. II.
Destillentur B. M. manebit in fundo spissamentum præstantissimum in febribus etiam malignis.
℞. Huius drac. I. s. & drac. II.
Aquæ destillatæ Lib. s. aut Lib. I.
Succi limonum Vnç. I. m.
Pro pituitosis, humidis & senibus, pauperibus etiam

Dia-

## Diaurinarium.

℞. Vrinæ pueri
Vrinæ Asini lib. x.
Stercoris canis
Hirundinum ana Vnc. I.
Dictamni cretici
Scordij
Cardui sancti
Rutæ capraria
Calendulæ
Scabiosæ
Cicorei
Ecchij ana m. s.
Decoquantur omnia ad 3. deinde destillentur B. M.
Residua calcinentur.
℞. Calcinati drac. I.
Aquæ destillatæ Vnc. II.
M. bibat bis in die
Pro pituitosis, humidis, & senibus

## Diaossium admirandum.

℞. Osium Hirundinum
Osium leporis ana Lib. I.
Osium Viperæ
Columbi
Turturis ana Vnc. I.
Myrrhæ
Aloes hepaticæ
Sulfuris
Vitrioli
Sem. papaueris albi ana drac. II.
Aceti albi
Aquæ fl. citri ana Lib. I.
Dec. calendula
Pimpinellæ Lib. v.
F. Infusio ad 4. dies, deinde destillentur B. M.

℞. Residui calcinati drac. I.
Liquoris destillati Vnc. II.
Bis in die preseruat, & curat
Pro biliosis, sanguineis, & temperatis

## Diacarneum expertum.

℞. Carnis, & cordis Pauonis Lib. I.
Carnis, & cordis leporis Lib. s.
Carnis Viperæ emundatæ Vnc. s.
Cinnamomi
Cariophillorum
Tria sandalorum ana drac. I.
Fol. auri n. X.
Assentur omnia, vase cooperto in furno
℞. Huius calcinati drac. I. s. aut drac. II.
Aquæ carnis Asini destillatæ Vnc. III. aut lib. s.
m. bis in die capiat
Pro temperatis

## Venimecum.

℞. Salis prunellæ
Flor. sulfuris
Flor. Vitrioli
Cristalli præparatæ
Sem. papaueris albi ana drac. I.
Cremoris Tartari Vnc. s.
Cariophillorum
Nucis muscatæ
Contrahierbæ
Triasandalorum ana drac. I.
Lapidum præciosorum
Margaritarum præp.
Boli armenæ
Vngulæ Asini
Vngulæ Alcis ana drac. s.
Vini maluatici

Aqua

*Aquæ è fl. citri ana lib. I.*
*Renutriantur hæc omnia, & exiccentur ter, deinde in pulverem redigantur.*
R. *Huius drac. I. aut drac. I. s. & drac. II.*
*Aquæ scorzoneræ Vnc. II., vel Vnc. VI.*
*Scabiosæ, vel*
*Cardui benedicti, vel*
*Calendulæ, vel*
*Fol. persici*
*Capiat bis in die, aut conficiantur rotulæ, vel Elect. cum toto citro*
*Pro temperatis, & omnibus*

## Diasmaragdum.

R. *Smaragdi drac. II.*
*Diacristallij nostri pro peste*
*Contrahierbæ*
*Rasuræ cornu capræ siluestris ana drac. s.*
*Fol. auri n. V.*
R. *Huius drac. I. s.*
*Aquæ pimpinellę*
*Scorzunerę ana Vnc. III.*
*M. tutò curat, & preseruat.*
*Pro pituitosis, humidis, & senibus*

## Diacordium, expertum.

R. *Cordis Accipitris*
*Aquilę*
*Ciconię*
*Gruis*
*Hirundinum ana drac. II.*
*Myrrhę*
*Aloes*
*Gummi cærasorum*
*Gummi Arabici*

Dragacanthi ana drac. I.
Styracis
Calami aromatici
Sem. Erucę
Cariophillorum ana drac. s.
F. puluis tenuissimus
R. Huius drac. I. s. & drac. II.
Conseruę ex toto citro Vnc. II.
M. bis in die.
Pro pauperibus

## Acetum Sulfuratum laureatum.

R. Sulfuris viui lib. s.
Baccarum lauri Vnc. I.
Aceti lib. VI.
Macerentur ad 4. dies, deinde percoletur acetum.
R. Huius Vnc. II.
Mane, & vesperi
Pro pituitosis humidis, & senibus

## Diapurpureum.

R. Serici purpurei Vnc. I.
Rad. pentaphilli
Rad. pimpinellę
Sandali rubei
Cort. citri
Cinnamomi ana Vnc. s.
Caphurę
Croci ana scrup. I.
m. f. puluis tenuissimus
R. Huius drac. I. s. aut drac. II.
Vini oligofori Vnc. III. aut sex.
Succi citri Vnc. I.
m.
Pro eisdem

Dia-

## Diapimpinellæ.

R. Sem. pimpinellę Vnc. I.
*Dictamni cretici*
*Flor. Calendulę*
*Sem.* Rutæ *ana drac.* II.
*Fl. sulfuris sublimati drac.* I. *m. f. p. tenuiss.*

R. *Huius drac.* I.
*Aquę è floribus citri Vnc.* II.
*Aceti rosacei Vnc.* I.
*m. preseruat, & curat*

## Diacristallium Antiarsenicale nostrum.

R. *Cristalli preparatę drac.* V.
*Corallorum rubeorum*
*Sem. papaueris albi*
*Sandalorum citrinorum*
*Gummi cęrasorum*
*Gummi arabici*
*Gummi tragacanthi*
*Vngulę Asini ana drac.* I. *s.*
*Confect. AlKermes*
*Dictamni cretici*
*Terrę lemnię*
*Serici purpurei*
*Ossis de corde Cerui*
*Sem. raparum*
*Succini*
*Trocisi: de caphura ana drac.* I.
*Rad. Angelicę odoratę*
*Cort. citri*
*Cariophillorum*
*Cinnamomi ana drac. s.*
*Fol. Auri n.* XX.
*Conseruę ex toto citro lib.* II.
*Syr. de pomis*
*Syr. myrthini*

*De succo*

*De succo Citri*
*De cort. Citri ana Vnc.* III.
*m. f. Electuarium, cuius dosis ad drac.* II.
*Bis in die curat, & præseruat.*

Aliud Diacristallium pro pauperibus

R. *Cristalli præparatæ drac.* V.
*Terræ samiæ*
*Vngulæ Asini*
*Sem. papaueris albi*
*Rad. Angelicæ odoratæ*
*Tragacanthi ana drac.* II. s.
*Thuris*
*Caphuræ ana drac.* s.
*Cum syr. de cort. citri q. s.*
*M. f. Electuarium.*

Diacorallium Antiarsenicale nostrum pro peste.

R. *Corallorum omnium drac.* V.
*Trocisc: de caphura*
*Succini*
*Margaritarum præparatarum*
*Sem. iusquiami*
*Sem. pimpinellæ ana drac.* II.
*Vngulæ Asini*
*Cristalli preparatæ*
*Smaragdi*
*Piperis*
*Sem. Erucæ ana drac.* I.
*Pulueris cort. Cancrorum fluuiatilium*
*Diambræ*
*Diahiacinthi*
*Pulueris cordis Merularum, aut*
*Hirundinum ana drac.* s.
*Fol. auri n.* X.
*Olei de cariophillis*
*Olei de cinnamomo*
*Olei de rosis chimicè extracti ana scrup.* I.

syr.

*Syr. de pomis comp. Sabor lib.* III.
*Syr. rosati*
*Syr. Myrthini ana lib. s.*
*M. f. Electuarium:*

Diacorallium pro pauperibus in peste

R. *corallorum omnium præpar. Vnc. s.*
*Trocisc: de caphura*
*Vngulæ Asini*
*Cinnamomi*
*Cariophillor. ana drac.* II.
*Dictamni cratici*
*Succini*
*Sem. papaueris albi*
*Thuris*
*Croci ana drac. s.*
*Cum syr. de acido citri q. s.*
*F. Electuarium*
*Dosis drac.* I. *drac.* II. *drac.* IIII.

Puluis Archeus ex decem rebus.

R. *specierum diacristallij*
*Diacorallij*
*Diacordij*
*Diacarnei*
*Diasulfurati ana drac.* II.
*Pulueris smaragdini*
*Pauonini*
*Seminij*
*Asinini*
*Dialapidei ana drac.* I.
*m. f. pul. tenuiss.*
*Capiat drac.* I. *s. bis in die*
*Decocti calthæ*
*Pimpinellæ*
*Tormentillę*

Cardui sancti Vnc. vi.
m.

# ADMONITVM VII.

## De Euacuantibus, & Purgantibus in peste.

*Lenientia pharmaca, & præsertim senibus, pueris, prægnantibus, & alijs delicatis in curatione, & præseruatione conueniunt. Vnde iurè meritò summopere probantur.*

℞. *Tripheræ persicę Vnc. 1. s.*
*f. b. bis in hebdomada ante cibum summantur*
*Pariter etiam*
℞. *Elect. lenit. Vnc. 1.*
*Spec. hieræ simpl. Gal. drac. 1.*
*Spec. cordialium temperatarum drac. s.*
*m. f. b.*
*Pillulę odoriferę nostrę senibus, & pituitosis maximi sunt momenti.*
℞. *Aloes hæpaticę*
*Cremoris Tartari*
*Agarici Trocisc. ana Vnc. s.*
*Cariophillor.*
*Cinnamomi*
*Tria sandalorum ana drac. 1.*
*Cum aqua è fl. citri q. s.*
*Conficiatur massa pro pillulis*
℞. *Huius drac. 1. vel drac. 1. s. bis septimana horis quatuor ante cibum, pręseruant, & curant in febribus pestilentialibus.*
*Neq; sunt audiendi illi, qui à cibo deuorant ipsas, quoniam, aut chilum corrumpunt, aut interturbant coctionem, aut parum euacuant,*

Pillu-

Pillulæ Tartareæ nostræ pro biliosis, & sanguineis

R. *Salis Tartari*

*Rhab. Electi*

*Aloes soccotrinæ ana Vnc. s.*

*Trium sandalorum*

*Terræ lemniæ ana drac. I.*

*Cum succo rosarum*

*Reformetur massa*

R. *Huius drac. I., vel drac. I. s. bis in hebdomada, horis quatuor ante cibum*

Pro melancholicis, pillulæ lazulatæ

R. *Lapidis lazuli præparati*

*Polipodij*

*Epithimi*

*Fol. sennæ*

*Crem. Tartari ana drac. IIII.*

*Spec. cordialium temperatarum*

*Nucis musc. ana drac. I.*

*Cum syr. de pomis Sabor. q. s., aut*

*Cum syr. nostro cardiaco descripto in medicina iucunda q. s.*

*F. Massa.*

R. *Huius drac, I., vel drac. I. s. bis in hebdomada horis quatuor ante cibum, & in cura etiam.*

*Ex his quintæ eßentiæ, extracta, sales vino maluatico concinnant, & summoperè, & iucundè, & citò, & tutò euacuant, & leniunt, & in pestilentibus his constitutionibus*

De Purgantibus.

*Purgantia in principio cum materia turget, & cum inclinationem habeat ad aluum non damnantur, & fortibus ægris, & validis, vtilissima statim inter initia, vti antimonium, potißimum nostrum præparatum in medicina iucunda. aut*

R. *Mercurij dulcorati, sublimati, & rectificati nostro magisterio in medicina iucunda gr. VI.*

*Cariophillorum*
*Margaritarum præparatarum ana scrup. s.*
*Auri pulverizati gr. II.*
*m. pro vnica vice cum toto citro, aut potetur cum aqua melißæ, admirabile purgans, tutò preseruat, & curat, & presertim pituitosos, & melancholicos, sanguineos, biliosos, & temperatos.*

Purgans nostrum iucundum Diasalapæ

R. *Salapæ*
*Mechiocam*
*Cremoris Tartari*
*Aloes ana Vnc. s.*
*Cinnamomi*
*Cariophillorum ana drac. I.*
*m. f. puluis tenuißimus, capiat drac. I. s. bis in hebdomada cum iure pulli, vel vino albo, vel in bolo cum Vnc. I. Conseruæ ex toto citro, vel cum succo rosarum conficiatur massa pro pillulis, cuius dosis erit drac. I. s. vel etiam drac. II. pro singula vice, aut*
R. *Antimonij, nostro magisterio parati gr. VII.*
*Auri pulverizati gr. II.*
*Gummi tragacanthi. gr. III.*
*Cum succo ros.*
*m. f. b. duo.*
*Aliud purgans pro melancholicis, & pituitosis,*

Diahelleborum sulfuratum.

R. *Hellebori nigri præparatæ*
*Sulfuris viui ana drac. III.*
*Agarici trocisc.*
*Rhab. elec.*
*Epithimi ana drac. II.*
*Myrrhæ*
*Camphoræ*
*Thuris*
*Styracis*
*Masticis ana drac. s.*

Cum succo rutæ, &
Vino maluatico
f. massa

℞. Huius drac. I., & drac. I. s. pro singula vice, bis in hebdomada præseruat, horis quatuor ante cibum, & in curatione etiam; si validi sint ægrotantes, & humoribus referti, prima die purgabuntur.

Aliud pro pituitosis humidis præseruans, & curans.

## Diaebulum.

℞. Rad. ebuli
Rad. Cucumeris asinini recentis ana Vnc. II.
Rad. Ireos
Fol. semper viui ana Vnc. I.
Apij
Coriand. præpar. ana Vnc. s.
Gran. piperis
Croci
Cinnamomi ana drac. s.
Mellis despumati lib. III.
m. f. Elect. S. A.

℞. Huius drac. III. vel IIII. singula vice bis in hebdomada, horis quatuor ante cibum, immò experti sumus hoc Electuarium, vtilissimum in præseruatione, & curatione, & hoc solo Oct. Horat. profitetur preseruationem:

## Acetum Cardiacum solutiuum Angelicatum.

℞. Aceti albi lib. III.
Aloes
Agarici trocisc.
Rvd. cucum. asinini ana vnc. s.
Rad. angelicæ
Cubebarum
Cardamomi
Cort. citri ana drac. s.
Passularum dulcium Vnc. II.

m. ad

m. ad quatuor dies, deinde ebulliant parum expressa colentur.

R. Huius aceti Vnc. II.

Pro condiendis acetarijs ex capparibus, vel cichoreo, soncho, pimpinella, mellissa coctis, aut buccella panis madefacta hoc aceto edatur.

Residuum expressionis exiccatum redigatur in puluerem.

R. Huius pulueris drac. I. s.

Syr. de polipodio comp. Vnc. I.

m. capiat cocleare

## Diacitrum.

R. pomi citri excauati n. I.

Aloes

Salapæ

Agarici trocisc. ana vnc. s.

Cinnamomi

Cariophillorum

Nucis musc. ana drac. I.

Fol. auri n. x.

Omnia in eo recludantur, pasta inuolutum coquatur furno, deinde per setaceum trahiciatur

R. Huius pulpæ drac. II. bis in hebdomada, aut ponantur hec omnia in malo punico, aut conficiatur ex his cotoneatum solutiuum. Præstat summopere hoc solutiuum.

R. Præcipitati sublimati dealbati, & rectificati drac. IIII.

Ammoniaci

Mercurij dulcorati nostri

Sagapeni

Therebintinę ana drac. I.

Sem. apij

Erucæ ana drac. s.

cum melle ros. sol. f. massa

R. Huius drac. s. & drac. I. in medela exterminat bubones, antraces, & per aluum, & per vrinam, & per vomitum, & in precautione etiam robustis corporibus

bus mirificè auxiliatur:

*Arcanum Empiricorum est Antimonium preparatum, Mercurius dulcuratus, puluis Algaroti, puluis radicis Cucumeris Asinini, puluis granorum Ebuli paratus vino, & aceto, & hac quidem sunt magni momenti, & vtilitatis, & vsurpanda prçsertim iuuenibus, validis: Chimici etiam mirabilia extracta, pulueres, & sales ex metallicis, atq; etiam ex vegetabilibus concinnant, & hæc quidem tutò, citò, & iucundè si rectè parentur cum menstruis accomodatis humanæ naturæ. vt docuimus in nostra medicina iucunda summam opem præstabunt. vtinam Chimici rationales, & docmatici inuenirentur, qui totam pharmacopeam rationabiliter construerent.*

# ADMONITVM VIII.

## De Externis.

*Multa externa celebrantur in hac sordida, & arsenicali pestilentia recta, & tuta administratione, habitaq: prouidentia ætatis, temperamenti, & temporis anni, quę variant etiam remedia; primo igitur singula die cordis regio, pulsus, nares, & testes inungantur, abluantur, indusia etiam, & vestimeta, odoriferis suffumigijs suffientur, immo permutatio vestium, & indusii bis in die celebretur.*

### Acetum ablutiuum pro corporibus humidis pituitosis senibus, & hyeme.

R. *Aceti acerimi lib.* IIII.
*Vini maluatici*
*Aquæ rosaceę*
*Succi Citri ana lib. s.*
*Theriacę*
*Mitridati ana drac.* II.

*sulfori*

*Sulphuris*
*Vitrioli ana drac.* I.
*Cort. citri*
*Cinnamomi*
*Cariophillorum*
*Cardamomi ana drac.* s.
*Caphuræ*
*Croci ana gr.* v.
*m. f. leuis ebullitio ad tertiam, & coletur.*

*Ex residuo expressionis f. puluis, abluat partes colatura, & etiam vnc.* II. *bibere poterit, cum drac. s. ipsius pulueris, hoc acetum tutò præseruat, & curat etiam febres pestilentiales, bubones, & antraces extrudit, & sudorem prouocat.*

Aliud acetum citratum, pro temperatis, biliosis, & sanguineis

R. *Citri n.* III.
*Rad. Raphani vnc.* I.
*Nucis musc.*
*Calamenthi*
*Tartari*
*Rad. pentaphilli*
*Dictamni cretici*
*Carlinæ, aut camaleontis nigri.*
*Scabiosæ*
*Sandali citrini ana drac.* II.
*Aceti acerrimi Lib.* VI.
*Aquæ acetosæ*
*pimpinellæ ana Lib.* I.
*Vini albi lib.* II.
*m. f. ebullitio ad* ʒ., *& colatura; vniuersum corpus; vestimenta, indusia, chirotecæ hac colatura abluantur, bibat etiã Vnc.* II. *huius, & residuum expressionis redigatur in puluerem,*

R. *Huius drac.* I. *dictæ colaturæ Vnc.* V.

*Alij vero summopere probant fœtidas inunctiones, quæ minime spernendę videntur.*

*Pro*

Acetum Stercoratum.

℞. Stercoris hirci
Stercoris canis
Stercoris Asini ana Unc. I.
Allij
Ceparum ana Unc. s.
Assæ fœtidæ
Castorei
Ungulę Asini ana drac. I.
Caphurę
Croci ana scrup. I.
Urinę pueri
Urinę hirci
Urinæ Asini
Aceti scillitici ana lib. III.
m. f. leuis ebullitio ad 3. ut supra, & potio, ut supra,
& puluis, & c.
Inunctio pro pauperibus.

Acetum Angelicatum.

℞. Rad. angelicę odoratę
Rad. raphani maioris ana Unc. s.
Rad. pentaphilli drac. II.
Rutæ caprariæ
Dictamni cretici
Scordij
Cardui Benedicti
Tapsi barbati ana m. s.
Aceti lib. X.
Aqua acetosæ
Pimpinellæ
Melißæ ana Lib. I.
Macerentur ad quatuor dies, ebulliant ad 3. & colentur.
Ablutio, potio, & puluis ex his mirificè præseruat
& curat

G Unguen-

## Vnguentum contra vnguentum contagiosum pestilentiale.

℞. *Theriacæ*
*Mithridati*
*Sem. Rutæ*
*Assæ fœtidæ*
*Caphuræ*
*Castorei ana drac.* I.
*Vitrioli*
*Sulfuris*
*Vngulæ Asini*
*Sem. papaueris albi ana drac.* II.
*Olei laurini*
*Penolei*
*Myrthini ana Vnc.* II.
*Therebintinæ*
*Gummi tragacanthi*
*Ceræ ana Vnc.* I.
*Succi Allij*
*Caparum ana Vnc.* S.
*Aceti*
*Aquæ rosaceæ ana lib.* s.
*m F. Linimentum S. A.*
*cor, nares, pulsus, & testes inunguntur.*
*Fœtida arcent venenum, & correcta odoriferis non videntur spiritibus infesta.*

## Vnguentum Antipestilentiale pro omnibus.

℞. *Salis theriacalis*
*Salis prunellæ ana drac.* II.
*Rad. cucumeris Asinini*
*Fol. semper viui*
*Sem. Apij*
*Piperis*
*Sandali citrini ana drac.* I.

*Myrrhæ*
*Thuris*
*Caphuræ*
*Vngulæ Asini*
*Cristalli mineralis ana drac' s.*
*Laudani Vnc. 1. s.*
*Ambræ*
*Moschi*
*Croci*
*Belzuini ana gr. v.*
*Aquæ rosaceæ q. s.*
*m. f. linimentum*
*Poterit etiam deuorari ad scrup. 1.*
*Aut conficiatur hoc masticatorium*
*R. Picis*
*Ceræ flauæ*
*Thuris ana Vnc. s.*
*Styracis*
*Cariophillorum*
*Cinnamomi*
*Calami aromatici*
*Cristalli præparatæ*
*Contra hierbæ ana Scruc. 1.*
*Cum vino maluatico, vel*
*Aqua è flerib. citri*
*f. pastilli pro masticatorio*

---

# DE SACCVLIS

## Sacculus cristallinus tutissimus.

*Hic sacculus summopere tuetur, & sanat, & ad extinguendã pestilentiam arsenicalem prastat*

℞ cristalli mineralis preparatæ
Vngulæ asini ana drac. I.
Sem. apij
Piperis
Sandali citrini ana drac. I.
m. f. puluis tenuissimus, & sacculus cum
Serico purpureo
Alius sacculus
℞ Rad. cucum. asinini
Fol. semp. uiui ana drac. I.
Cardamomi
Cariophillorum
Rosar. rubear. ana drac. I
f. puluis, & sacculus cum serico purpureo
Laminæ ex vngula Asini prestantissimæ

Hoc animal ob temperamentum, & proprietatem aduersatur pestilentię arsenicali; idcirco potissimum est hoc præsidium: configurentur tres laminæ expolitæ tenues ex vngula asini, utrisque carpis alligentur, & vna cordi; bis in hebdomada permutentur, & abluantur aqua, in qua ramenta vngulæ Asini fuerint decocta. Abluitur venenum attractum ab istis laminis, & ipsæ magis vigorantur ad attractionem, & consumptionem veneficæ substantiæ.

Sacculus pro corde sepe permutandus pro omnibus.

℞ Argenti viui Vnc. II.
Fol. auri n. x.
Pulu. tapsi barb.
Dictamni cretici
Fol. myrthi
Serici purpurei ana Vnc. s.
Myrrhę
Thuris
Rosarum rubearum
Fl. calthe

Vinxe-

Vincetoxici ana drac. 1. s.
m. f. sacculi duo serico purpureo

## Alius pro diuitibus.

℞. Carnis bufonis emundatæ, & lotæ aceto resaceo Vnc. 11
Cordis, & hepatis Cerui
Cordis, & hepatis hirci ana lib. s.
Diacristallij nostri
Diacorallij nostri ana drac. 1.
In puluerem redacta, duo sacculi componantur serico purpureo, hæc tutò in vsum reuocantur. Caro enim animalium venenosorum tutò ad se allicit venenum vti caro Viperæ, & aliorum confirmat.

## Sacculus Leporinus Attrahens venenum pro omnibus.

Sanguinis Leporini exiccati lib. 1.
Sang. hirci exiccati lib. s.
Cineris Scorpionum
Caphuræ
Cristalli
Sulfuris
Vitrioli
Rad. angelicæ
Vngulæ Asini ana drac. 1.
Construantur sacculi duo, aut cum
Oleo laurino
Myrthino, &
Cera configuretur ceratum

## De arsenico admonitum.

Sunt, qui arsenieum Cristallinum probant, seu risagallum, seu auri pigmentum, tanquam venenum attrahens, & exiccans, sed ab arbitror à ratione, & veritate recedunt, Hipp. enim Gal. & antiqui non vsi sunt veneno ad attrahendum venenum, neq; venenum

uenum Vipera, aut Scorpionis educit venenum Viperæ, aut Scorpionis, sed eorum caro propter similitudinem, & mediam naturam: hac ratione ducti vsurparunt has carnes in alexipharmacis, & nos docuerunt veram methodum componendi ea, etenim hæc viscera animalium venenosorum reddita sunt validiora, & quasi media, & similia ad resistendum his venenis. Arsenicum verò venenum calidum, & siccum, atq; corrodens, & putrefaciens est, immò nullo pacto valet venenum prolectare, sed potius suum in cor producere, & si adesset in corde venenum etiam pestilentiale, non solum illud auocaret, sed augeret, enim verò venenum auget venenum, nequè vnquam vim alexipharmacam obtinebit; minus valet argumentum illorum, Arsenicum corrigi à miscella cordialium, & alexipharmacorum theriacæ, mithridati, & similium. Estò, vt hæc corrigant, nequeunt tamen omnino veneficam illius naturam vincere: rationabilior igitur, & tutior methodus instituatur non Empirica pro sacculis, & vnguentis, & venena simpliciter à tota forma abiiciantur, tanquam ab omnibus sapientissimis medicis explosa.

---

## De vnguentis pro omnibus

### Vnguentum Scorpionatum.

℞. Olei de Scorpionibus Matheoli Vnc. 1.
Pulueris Scorpionum, seu cineris Vnc. s.
Butiri sulfuris
Cristalli præparatæ
Mithridati
Salis vrinæ Asini
Spec. triasandalorum ana drac. s.
Cum cera q. s., &
Oleo rosaceo Ceratum conglobatur.

### Linimentum Camphoratum.

℞. Trocisc. de caphura Vnc. s.
Succi cecchij
Aceti ros. ana Vnc. 1.

Diacri-

Diacristallij nostri
Trocisc. ciffeos
Hedicroi ana drac. I.
m. f. linimentum.
Pro pauperibus
R. Aceti rof. Vnc. II
Pulueris cariophillorum
Cinnamomi
Rad. angelicę odoratæ
Vngulæ Asini
Rosarum rubearum ana drac. I.
m. f. leuis ebullitio pro ablutione

Altera inunctio pro pauperibus.

R. Cariophillorum
Cinnamomi
Sandali citrini
Cort. citri ana drac. I.
Vng. Sandal.
Vng. rosacei ana Vnc. I.
Aceti rosacei Vnc. s.
m. f. linim. pro corde, naribus, aut
Pro pauperibus
R. Fol. rutæ
Fol. pentaphilli
Fol. persici
Melißæ ana m. s.
Aquæ lib. x.
F. dec. ad 3. & abluat, aut
R. Allij Vnc II.
Ceparum Vnc. III.
Aquæ communis lib. VIII.
Coquantur ad medietatem, & coletur pro ablutione

Vnguentum Antipestilentiale pro diuitibus Viperinum.

R. Carnis Viperæ emundatæ

Vnguenti

*Vnguenti sandal.*
*Ung. rosacei ana Vnc. s.*
Cineris Scorpionum
Cranei *Asini*
Contrabierba ana drac. I.
*Aceti*
*Vini malnatici*
*Aquæ rosacea ana parum*
*m. Valet pro temperatis, biliosis, & sanguineis.*

## Aliud pro temperatis, & diuitibus

R. Succi *Rutæ capraria*
Succi ecchij
Succi calendulæ
*Aquæ rosacea ana Vnc. I.*
Sem. apij
*Erucæ*
*Triasandalorum*
*Vngulæ Asini*
Cristalli preparate ana drac. I.
Cere noue *Vnc. II.*
*Laudani Vnc. s.*
*m. f. linimentum*

## Aliud pro pituitosis humidis, & senibus muschatum

R. *Nucis moscate*
*Trocisc.* Ciphcos ana drac. I.
*Moschi*
*Ambre ana gr. I.*
*Cere Thereb. ana Vnc. I.*
*Aque è fl. citri q. s.*
*f. linimentum pro corde naribus, pulsibus, testibus, chirotecis, & vestimentis &c.*

## Arcanum allij

℞. succi allij
Capar.
Aceti ana Unc. 1.
Pulueris stercoris hirci
Stercoris Hirundinum ana drac. 1.
Pro pauperibus.
m.

## Linimentum ex sanguinibus nostrum.

℞. sanguinis hirci
Sanguinis Leporini
Sanguinis Pauonis
Sanguinis Asini ana Unc. 1 ß.
Pulueris vngulæ Asini
Cranei Asinini
Cristalli præparatę
Piperis ana drac. 1.
Aquæ è floribus citri q. s.
f. linimentum hoc pro biliosis, sanguineis, & temperatis, præseruat, & curat

## De pomis gestandis, seu pilis, & ore tenendis, & etiam deuorandis.

Pila cariophillata
Pro pituitosis, & senibus, hyeme, autumno, vere.
℞. Cariophillorum
Triasandalorum
Cypheos
Rosarum rubearum
Fl. Lambruscæ ana drac. 1.
Contrahierbæ
Styracis
Smaragdi
Vngula Asini ana drac. s.

Ambræ
Moschi
Belzuini ana gr. I.
Croci gr. v.
Troeisc. de caphuræ scrup. I.
Laudani Vnc. I.
Picis
ceræ
Therebintinæ ana Vnc I. s.
Cum oleo de Nuce musc. &
Aqua rosacea
f. pomum S. A.

Etiam chirotecę, vestimenta, & alia inungantur, addita aqua è fl. citri

Pomum Viperatum.

Pro pituitosis, & senibus in hyeme, antumno, vere.

℞. Carnis Viperæ emund. drac. II.
Sang. Asinini exiccati drac. I.
Salis theriacalis
Macis
Baccarum iuniperi ana drac. I.
Laudani
Ceræ
Therebintinæ ana Vnc. I.
Gummi Tragacanthi
Gummi cerasorum ana Vnc. s.
Aceti ros.
Aquæ ros. ana q s.
m. & reformetur pomum

Hæc in æstate, & hyeme gestantur, conficiuntur etiam vascula perforata argentea, aurea, ænea, vel lignea ex Junipero, Larice, Buxo, Cupresso, Sandalis, ex ossibus Asini, ex Cristallo, & similibus, in quibus, vel spongia madefacta nostris acetis, vel pasta ex pomis, vel unguenta nostra antipestilentialia conseruantur, & sepè odorantur.

Baccam Lauri, Iuniperi, radicem Angelicæ, Acori, Zedoariæ, Gingiberem, rad. Raphanidis, corticem Citri, cort. Aurantij, Cinnamomum, Cariophillum, Nucem musc. Cubebe, Cardamomum, pillulam ex Cristallo, ex osse Asini ore mandent, & teneant, hæc quidem contagiosam pestilentiam eliminant, & spiritus recreant.

Sulfur, puluerem piriticum, trocifcas Hedicroi, Cipheos, Theriacam, & mythridatum exiccatam cum cera, & pice, tragacantho, ego quidem admirabilis efficaciæ constituo hanc pillulam.

℞. Spet. diacorallij nostri
Spet. diacristallij nostri
Theriacæ
Mithridati
Cipheos ana drac. I.
Picis
Tragacanthi ana Vnc. s.
m. Aquæ rosaceæ, &
Aquæ è fl. citri q. s.
f. pillulæ ore tenendæ, quæ etiam deuorari possunt.

## De Suffumigijs.

Suffumigia etiam ex dictis concinnantur sed cubicula, & vestimenta, & indusia, odor feris præsertim insuflentur, sulfur, puluis piriticus, calx viua, ossa, calceamenta vetusta, Allij, & Ceparum cacumina exiccata, vsurpantur: sed ignes præsertim ex odoriferis plantis, & lignis, & publicè, & priuatim summopere auxiliantur.



# ADMONITVM IX.

## CIRCA SEX RES NON

## Naturales, Aerem, cibos, potus, & c. in præseruatione, & curatione.

*AER eligatur frigidus, & ſiccus, purus, lucidus, rarò humidus, & calidus, aut temperatus, ille ſpiritibus, & putredini aduerſatur, hic humorum diſſipationi ad partes cutaneas confert.* Alteratur *pro ratione naturę corporis prę ſeruandi, aut curandi, regionis, & temporis anni, odoribus, aut calidis, aut frigidis; cubiculum lucidum ad ſeptentrionem vergat, aut ſuffumigijs paretur accomodatis: utiliſſimum eſt, cubicula permutare frequenter, modo loca ſublimia, & montes petere, ſi cauſa peſtilentię humilis, & terrena vagatur, ſi vero alta, & à Cœlo, & aere ſublimiori, humilia loca, & ſubterranea colenda. Vnde aliquando craſſus aer probatur, & in carceribus detenti immunes viuunt, aliquando purus, & lucidus, & ſubſilis deſideratur.*

Suffumigium temperatum pro iuuenibus eſtate, vere.

*℞. Sandali citrini*
*Roſarum rubearum*
*Cor. citri ana drac. 1.*
*Aquę Roſaceæ*
*Aceti ana Vnc. 11.*
*m. f. leuis e bullitio, & ſuffumigium*
*pro cubiculo, veſtibus, chirotecis, & lotionibus etiam*
*totius corporis*

Suffu-

## Suffumigium calidum in hyeme, & pro senibus, & pituitosis.

℞. *Cariophillorum*
*Cinnamomi*
*Nucis muscatæ*
*Cort. citri*
*Cort. aurantij*
*Vngulæ Asini ana drac. I.*
*Aceti*
*Vini maluatici ana Vnc. III.*
*m. & f. ebullitio, inspergatur super carbones, aut lapidem piritidem, aut molarem, aut marchesitam.*

## Aliud pro frigidis, pituitosis, & senibus hieme.

℞. *Vitrioli*
*Sulfuris*
*Calami aromatici ana Vnc. s.*
*Styracis*
*Thuris*
*Laudani*
*Mithridati*
*Theriacæ ana drac. s.*
*Ambre*
*Moschi*
*Belzuini ana gr. II.*
*Vini maluatici*
*Aceti rof.*
*Aquæ è fl. citri ana Vnc. III.*
*m. bulliant, & attrahant etiam ore*

## Suffumigium Siccum pro pituitosis, humidis, & senibus in hyeme, vere.

℞. *Trocisc. bedicroi*
*Spec galliæ musc. ana drac. I.*
*Cinnamomi*

*Cariophillorum*
*Nucis musc.*
*Ligni aloes*
*Diacristallij nostri*
*Rad. Ireos odoratæ*
*Tria sandalorum ana drac. s.*
*Picis*
*Laudani ana Vnc. 1. s.*
*Vini maluatici*
*Aquæ è fl. citri q. s.*
*Pastilli S. A. configurentur, vnus proiiciatur super carbones accensos, & fumus inspiretur per os, & nares, omniaq; vestimenta, & cubiculum suffientur.*

Pastillus Iuniperatus, pro pituitosis, humidis, & senibus, in hyeme, vere, & autumno.

℞. *Baccarum iuniperi*
*Calami aromatici*
*Cort. citri*
*Macis*
*Fl. Lambruscæ*
*Fl. citri ana drac. 1.*
*Vngulæ Asini drac. s.*
*Laudani*
*Gummi tragacanthi*
*Ceræ flauæ ana Vnc. 1.*
*Vino maluatico f. pastilli*

De panibus, in cena, & prandio.

*Panis comedendus erit saltem ad Vnc. 11. & varii panes pro temperatis, calidis, frigidis, regionibus, & temporibus anni concinnentur.*

*Pro pituitosis, & humidis senibus hyeme, & autumno laudatur panis piperatus, aut dulciarius cum radice angelicæ odoratæ, Ireatus cum rad. ireos odor. citratus cum cort. citri, aurantii, aut saluia, roremarino, gingibere, acoro, aut cinnamomo, cariophillo, cubebe, anisis, feniculis, his omnes panes cum melle, passulis, caricis,*

ficis nucibus commiscentur qui, & iucundi, & summi emolumenti existunt, diuites addant moschum, Ambram, Belzuinum, fl. Citri, Nucem musc., fl. Lambruscæ, fl sambuci, Cariophilla vulgaria, pimpinellam, melissam, mentham, sampsucum, sassafras, & similia.

## Panis purpureus

R. Farinæ Tritici lib. x.
Cicer. rubeor.
Milij
Hordei ana Vnc. II.
Sem. acetosæ
Pimpinellæ
Serici purpurei
Cristalli
Baccarum Iuniperi
Contrahierbæ
Coriand. præpar.
Sandali Citrini ana drac. s.
Nucum
Caricarum pinguium ana n. x.
Fermenti Vnc. II. s.
Salis Vnc. I. s.
Aceti lib. III.
Aquæ q. s.
F. pasta, & diu malaxetur.

## Panis Angelicus.

R Farinæ tritici lib. x.
Farinæ lentium
Farinæ melicæ vulgo Surgi rubei ana Vnc. I.
Rad. angelicæ odoratæ Vnc. s.
Cinnamomi
Anisorum
Cariophillorum
Nucis musc.

Sandalì citrinì ana drac. I
Passularum dulcium Vnc. I
Nucum Vnc. II.
Fermenti Vnc. II. s.
Salis Vnc. I. s.
Aqua è fl. citri
Aqua rosacea
Aceti rosacei ana lib. I.
Aqua communis q. s.
F. pasta, & diù agitetur

## De Vinis preseruatorijs, & curatorijs.

### Vinum Gingiberatum.

℞. Gingiberis, Vnc. I.
Nucum Iuglandium
Caricarum pinguium ana n. X.
Cariophillorum vulgarium
Diacristallij nostri
Tartari albi
Bac. iuniperi ana drac. II.
Vini maluatici lib. X.
Aqua rosacea
Aqua è fl. citri ana lib. I.
f. Infusio ad quatuor dies, & postea coletur, bibat in præseruatione mane, & vesperi Vnc. II.
Reliquiæ in puluerem redigantur.
℞. Huius pulu. drac. s.
in ouo sorbili, aut ferculo

### Vinum camphuratum precauens, & liberans ad sudorem prouocandum.

℞. Vini maluatici, vel liatici, vel romania, vel Vini potentis
Aquæ stillatitiæ cardui benedicti ana lib. X.
Rad. pentaphilli

Rad.

Rad. pimpinellæ
Rad. Sonchi
Rad. raphanidis ana Vnc. I.
Fl. calthæ p. I.
Trocisc. de caphura
Sand. citrini ana drac. II.
Trocisc. cipheos drac. I.
m. ad 4. dies, postea coletur, & bibatur ut supra, & puluis etiam conficiatur.

## Vinum Borraginatum

Pro temperatis, in curatione, & preseruatione
R Vini albi mediocris
Aquæ rosaceæ
Aquæ borag. ana lib. III.
Rad. pentaph.
Scorzuneræ
Tart. albi ana Vnc. s.
Mithridatij
Theriacæ
Diacorallij nostri
Ossium pauonis
Vngulæ Asini ana drac. I.
f. Infusio ad 4. dies, deinde bis coletur, capiat Vnc. IIII. in prandio, & in cœna, & puluis conficiatur ex reliquiis.

## Vinum Benedictum.

R. Cardui Benedicti m. II.
Dictamni cretici
Rutæ caprariæ ana m. I.
Passularum dulcium
Vuarum nostratum ana lib. I.
Citri incisi n. I.
Tartari albi Vnc. I.

Prunorum damasc. n. x.
Aquę acetosæ
Aquæ melissæ
Capil. Ven.
Cardui benedicti ana lib. II.
Vini albi mediocris lib. x.
f. Infusio ad diem, deinde expressio, & colatura exhibeatur ad Unc: IIII: in cena, & prandio, reliquiæ puluerizentur.

## Vinum Sericatum.

Pro biliosis, sanguineis, & iuuenibus
R. Serici purpurei Vnc. I.
Rad. Tormentillæ
Rad. bistortæ
Rad. pentaphilli
Rad. pimpinellę ana Vnc. s.
Citri incisi n. I.
Flor. cordialium
Flor. sambuci
Flor. pimpinellæ ana p. I.
Succi pomorum acidorum, & dulcium lib. IIII.
Vini albi mediocris lib. XV.
Macerentur ad diem, deinde exprimantur, & colentur, bibatur ad Vnc. IIII. & VI. munit, & liberat.
Residuum in puluerem redigatur.

## Vinum Asininum.

Præstat omnibus hoc vinum in preseruatione, & curatione
R. Vngulæ Asini lib. I.
Cranei Asinini lib. s.
Cristalli pulueriz atæ drac. II.
Vini albi mediocris lib. x.
Aquæ scorzuneræ
Aquæ boraginis
Aquę pimpinellæ ana lib. II.

Insim-

*Infundantur ad 4. dies, deinde bis colentur*
℞. *Huius vini Vnc.* VI. *in prandio, & cena, & puluis ex reliquijs conficiatur.*

## De Acetis pro condendis acetarijs

### Acetum Angelicatum

*Pro frigidis, humidis, senibus, & temperatis*

℞. *Rad. angelicæ odor. Vnc.* I.
*Bistortæ*
*Tormentillæ*
*Rad. pentaph. ana Vnc. s.*
*Pimpinellæ*
*Scorzuneræ*
*Boli armenæ*
*Cristalli preparatæ*
*Sandali citrini ana drac.* I.
*Serici purpurei*
*Cariophillorum vulgarium*
*Cort. citri ana drac.* II.
*Nucum n.* X.
*Caricarum pinguium*
*Passularum dulcium ana Vnc. s.*
*Aceti acerrimi lib. x.*
*f. leuis ebullitio, deinde colatura, & seruetur pro condendis acetarijs, & toto corpore abluendo, pro suffumigijs, & pro spongia madefacienda, ex reliquijs puluis paretur bibat Vnc.* II. *mane, & vesperi*

### Acetum gingiberatum pro omnibus

℞. *Aceti lib.* X.
*Gingiberis Vnc.* I.
*Rad. raphanidis magnæ Vnc. s.*
*Tormentillæ*
*Bistortæ*

Dictamni cretici
Melissæ
Pimpinellæ
Cardui benedicti ana drac. II.
Post 4. dies f. colatura, valet ut supra

## Acetum Iuniperatum.

R. Aceti lib. x.
Bac. iuniperi Vnc. I.
Fol. citri
Aurantij m. s.
Rosarum rubearum p. I.
F. Infusio, & colatura, præstat senibus pituitosis, in hyeme

## De Pulueribus pro cibarijs

### Puluis Diapimpinellæ

Pro biliosis, sanguineis, & temperatis
R. Tart. albi
Coriandrorum preparatorum
Sem. Acetosę
Pimpinellæ ana Vnc. s.
Cristalli pręparatę
Smaragdi
Cariophillorum
Cinnamomi ana drac. I.
Fol. auri n. x.
Saccari Vnc. I.
m. f. puluis tenuissimus, drac. I. in cœna, & prandio curat, & preseruat

### Puluis præciosus, pro diuitibus temperatis.

R. Nucis musc.
Contrabierba

Tria

Triasandal.
Christalli praparata ana drac. I.
Lapidum praciosorum
Margar. praparatarum
Florum Cariophillorum vulgarium.
Rad. Angelica odorata ana drac. s.
Serici tincti in chermes, seu purpurei drac. II.
Bac. iuniperi drac. III.
Croci scrup. I.
Fol. auri n. x.
Saccari Vnc. II.
m. vt supra munit, & sanat.

Puluis Viperinus pro biliosis, sanguineis, in æstate.

R. Salis Viperini
Cornu capræ siluestris
Vngulæ Asini ana drac. II.
Rad. Graminis
Corallinæ
Sandali Citrini
Fl. sambuci
Fl. labruscę
Smaragdi ana drac. s.
f. puluis tenuissimus

Puluis smaragdinus

R. smaragdi preperati drac. III.
Cristalli pręparatæ drac. II.
Vngule Asini drac. I.
piperis
ligni balsami ana drac. s.
m f. p. t. capiat drac. I.
in cœna, & prandio, & mane, & vesperi.

De Alliatis, pro pauperibus

R. *Allij Vnc.* IIII.
*Salis Vnc.* I.
*Nucum lib.* s.
*Caricarum pinguium lib.* I.
*Cum vino maluatico, & aceto*
*m. omnia contundantur, capiat cocleare vnum in cœna, & prandio, aut mane, & vesperi*

Pro diuitibus Diapistaceum in curatione, & præseruatione

R. *pistaceor. lib.* I.
*Caricarum pinguium lib.* I s.
*Nucum lib. s.*
*Salis Vnc.* I.
*Cariophillorum*
*Cinnamomi ana drac.* I.
*m. omnia contundantur f. spissamentum*
*Cum Aqua è fl. Citri*

Aliud Diazinziberatum pro pituitosis humidis, & senibus, hieme, & autumno

R. *Zinziberis cond. Vnc.* I.
*Cort. Citri conditi*
*Cort. Aurantij cond. ana Vnc. s.*
*Rad. Raphanidis maioris drac.* I.
*Nucum Vnc.* VI.
*Salis Vnc.* I.
*Caricarum pinguium lib.* I. s.
*cum Aqua ros. et*
*aceto rosaceo*
*m. f. Embamma*
*Capiat cocleare unum in cœna, & prandio, aut mane, & vesperi*

Dia-

Diasinapium vulgò mustarda
Pro pituitosis humidis, & senibus

℞. *Mali cydonij lib. 1.*
*Mali citri*
*Mali Aurantij cond. ana lib. s.*
*Sinapis Vnc. s.*
*Piperis*
*Cariophyllorum ana drac. 1.*
*Mellis despum: lib. 1111.*
*m.*

Pro diuitibus, humidis, pituitosis, senibus
Diapiperatum.

℞. *Panis piperati vulgo fortis*
*Cort. Citri cond. ana lib. s.*
*Cinnamomi*
*Nucis muschatæ ana drac. 11.*
*Smaragdi*
*Marga. præparatarum*
*Cristalli præparatæ ana drac. 1.*
*Pulpæ cydoniorum*
*Pulpæ pomorum ana lib. 1. s.*
*Mellis despumati lib. 1111.*
*m. in fine adde*
*moschi, &*
*Ambræ ana gr. 1111.*
*Capiat cocleare vnum in cœna, & prandio*

Sapor, seu Embamma pro temperatis.

℞. *Aceti*
*Suci citri*
*Succi Aurantii ana lib. s.*
*Cariophyllor.*
*Cort. citri ana drac. 1*
*Saccari Vnc. 111.*
*m. lento igne f. inspißatio*

Sapor

Sapor pro pituitosis, senibus, humidis hyeme

℞. *Zinziberis*
*Piretri*
*Piperis*
*Sinapis*
*Sandali Citrini*
*Lapidum præciosorum*
*Cornu capræ siluestris*
*Ossis de corde cerui ana drac.* I.
*Aceti*
*Aquæ rosaceæ ana Vnc.* II.
*Saccari Vnc.* III.
*m. lento igne f. Embamma*
*Capiat vt supra*

A' *cœna*, & *prandio probantur nuces conditæ, fl. citri, carlina condita, radix scorzoneræ, rad. borraginis, cort. citri, aurantij, conserua ex toto citro, & huiusmodi.*

---

## De Carnibus.

IN *curatione, & præseruatione carnes eligantur optimi chimi, sed præsertim Turtures, Alaudæ, Turdi, Sturni, Merulæ, Auiculæ montanę, Perdices, Francolini, Galli montani; pręstat caro leporina, hadina, veruecina, vitelina, gallinacea Columbi siluestres, Pauo maximè laudantur, caro suilla salita macra vtilis erit, Gelatina etiam ex his; verum omnes carnes acetosis condiantur, & elixa, & assæ, oua etiam sorbilia, cauiarum, salsamenta, oua tarica, pisces saliti, Cancri, Lampetræ, & omnes pisces saxatiles non improbantur; quantitas vero cibi, & potus sit semper mediocris, & accomodata viribus, & temperamento, consuetudini, anni tempori & ne excrementa generent, aut pauca. Ante eggressum è domo semper vel buccellam panis madefactam aceto nostro, vel vino comedat, aut embamma (intus existens prohibet extraneum); vigiliæ etiam, & somni, atq; exercitationes moderatæ sint, nauigatio maritima, venationes auxiliantur, Venus aut nulla, aut parca iuuenibus conceden-*

*cedenda, aluus quotidiè mollis natura, vel arte paretur iam dictis, læto animo, lætisq; amicis, & iucundis lectionibus gaudeat, Deumq; ſemper humiliter oret, vt ipſum ab hac lue tueatur, & de peccatis pœnitentiam agat.*

40

---

# ADMONTVM X.

## De facilè parabilibus, & facili ordine agendorum pro præſeruandis à peſte.

*PRimo temperamentum expendatur præſeruandi; an melancholicum, an pituitoſum, an ſanguineum, an colericum, Secundo etas, ſexus, conſuetudo, Tertio, tempus anni, regio, aeris prægreſſa conſtitutio, & præſens, benigna, vel maligna, vt toties nos admonuit Hypp. His p. animaduerſis, ſtatim inſtituet leuem purgationem, ſi opus fuerit, & primò per ſanguinis miſsionem à brachio, ſaluatella, vel ſaphena, vel hemorobidibus vel cucurbitulis ſcacrificatis, provt locus indicabit, & vitium in ſanguine; purgatio autem, provt humor excrementitius, bilioſus, aut melancholicus, aut pituitoſus, vel miſcella ex his redundabit, leniens medicamentum in ſubſtantia, vel potione, clyſter, aut uomitorium ex narratis materijs adminiſtrentur; coquantur poſtea illicò humores, & tandem tertio euacuentur: facta hac prima vniuerſi prouidentia, cauteria, & ſetacea iuuabunt; non enim omnia corpora ſunt excrementis vacua, nequè omnia ſemper ægent purgatione, tun ſemper bis in die vtatur præſeruatiuo, vel vino, vel aceto, vel puluere ſmaragdino, vel pracioſo vel confectione Diacriſtallii, aut Diacorallii, aut Diaſmaragdi, & aliqua etiam ex inunctionibus; verum hæc temperamento, ætati, ſexui, conſuetudini, tempori anni, & conſtitutioni graſſanti arrideant, ſingulaq; hebdomada aluus emundetur accomodato pharmaco, ſacculus etiam criſtallinus, & aſininus, aut alius*

admoueatur cordi, ita laminæ ex vngulis Asini, & hæc sepè variêntur, & permutentur, sicuti etiam vestimenta, & indusia, ne assuescat natura vni tamtūmodo medicamento, & remedio, abluatq; totum corpus lixiuio, vel aceto magistrali semel in hebdomada, cubiculum singula die suffumiget, pilas odoriferas gestet, chirotechas, & similia. Victus eligatur ex cibis, & alimentis probis non tenuis, neque plenus, sed mediocris, consuetudinem seruet, condiatquè omnia acidulis, & aromatibus calidis, vel frigidis, prout temperamentum, & anni tempus desiderabit; Vinum semper medicatum bibat, acetaria, gelatinas, puluerem inspersilem adhibeat, panemquè artefactum comedat, & semel, vel bis in hebdomada euomat, à prandio, vel à cena, vel ieiunus, pro vt consuetudo, facilitas, & tempus anni exigebit. Aluus etiam quotidiè lubrica sit, & fluida, passulis, quę etiam malignitati aduersantur, aut prunis seruatis, aut puluere tartareo nostro, quæ summopè conducunt, vt corpus excrementis non luxuriet, & quotidiè se exerceat, vel ambulando, vel ludendo, vel lectica, vel naui, vel aliis exercitationis modis, aerem purum, & septentrionalem inspiret, nocturnum, & ante lucanum, pluuiosum, & nebulosum euitet, cubicula etiam habitet accomodata, & sepè ea permutet, à venere (vt supra) abstineat: commendo ius Galli veteris ad aluum mollem reddendam, atq; etiam ius pisorum, betæ, bliti, maluæ, mercurialis cum passulis, & Tartaro, Diacartamum Gal. tripheram persicam, ius piscium salitorum, pro pituitosis, hęc etiam oppugnant malignitati: præterea si aquæ sulfureæ thermales, vel salsæ, vel acidulæ in promptu essent, vt aquę Thetutii, Sancti Petri, Lastrenses, B. Virginis, Nucerinæ, Villenses, Ficuncellę, immergat se in has aquas, & se abluat semel in hebdomada, & vestimenta suffumigiis illis sulfureis exornentur. profectò si inueniretur lapis philosoforum, aut verum aurum potabile sine corrosiuis confectum, esset vnicum remedium præseruatiuum à peste, aut saltem nostrum aurum potabile descriptum in medicina iucunda vsurpet, aut diacristallium nostrum, aut diacoralium, aut smaragdinum, aut puluerem oculatum, pauoninum, archeum, aut praciosum, & quotidie hæc obseruet preter ea, quæ admonuimus. Doctissimus patauinus doctor breui oratione præcipua agenda in præseruatione à peste mirificè docuit, & singu-

laria,

*laria, ea igitur in vsum reuocet, vt tutò, citò, & iucundè à peste se præseruet, & tueatur.*

# ADMONITVM XI

## De facilè parabilibus, & facili ordine agendorum pro curandis pestilentia correptis.

*STatim prima hora, cum quis percipit se correptum pestilentia (occasio enim est admodum præceps) quod agnoscet ex inquietudine, dolore capitis, rubore faciei, oculorum, vrinis turbatis, pulsibus variis, calore febrili intus exturbante, extra placido, aliquando delirio, lingua incostanti, grauedine capitis, & totius lassitudine, aliquando vomitu, dolore circa glandulas, vel alia loca, lypotimia, languore vniuersi corporis, liuore, maculis, quæ aut omnia, aut saltem præcipuæ se manifestant, & varia pro varia ægrotantium natura, & anni tempore: nisi quis de repente ab aura ipsa pestilentiali, arsenicali, & volatili, in aere per respirationem attracta, & per poros suffocetur, & interimatur. Quapropter illicò prima die (si vires constent, ætas, temperamentum, & consuetudo ægri, regio, & tempus anni, vitiumq; sit in quantitate, motu, & qualitate sanguineæ massæ, euacuetur) reuellatur, euentetur sanguis à brachio, vel saluatella, vel scarificatione malleolorum, aut incisione saphenæ, aut cucurbitulis scarificatis, aut hirudinibus affixis hemorrohidibus, quæ mihi maximè arrident, at semper in mediocri quantitate, & potius reiteratis vicibus, spatio duarum horarum, quia tunc natura hoc modo magis segregat, & facilius sanguinem inutilem ab vtili, & pestilentiam illam volatilem, & putrefactiuam à corde longè propellit; neque sunt audiendi illi, qui extra methodum, & rationem omnino negant sanguinis detractionem, neque proban-*

di illi qui nimis audacter sine præsentia indicantis & permittentium, sanguinem semper emittunt: cautè, premeditate, citò hæc sanguinis inanitio celebranda (in hac, vita, & mors persistit.) Verum dum maxima copia circa caput, & thoracem extuantem redundaret, primò sanguis è brachio, aut saluatella euacuetur, deinde à saphenis, aut hemorrohidibus. vt procul à corde reuellatur, parcè tamen, & reiteratè, & postea circa caput etiam inaniatur, aut circa partes affectas glandularum; nam exonerata primo natura ab vniuersali sarcina, quò ea vergit, eò etiam ducere oportet per loca propinqua, & adminiculum naturæ prestare; dum verò sanguinis euacuatione non egeat, luxuriante potius cacochymia, illicò purgans benignum, aut lenitiuum, aut vomitorium exibeatur, aut clyster infundatur paucis horis interuallatis, & postea sudorifica, & antipestilentialia, & antiarsenicalia bis, & ter in die prebeantur, at eligantur consona temperamento, etati, & anni tempori, atque regioni, nunquam tamen Diacristallium, Diacorallium, puluis præciosus, puluis smaragdinus, paueninus, oculatus, seminius, archeus omittantur, & reliqua adnotata in pharmacia interna; cordis etiam regio quotidiè muniatur, frictiones, ligaturæ, vesicantia, setacea, cauteria, vstiones interna viscera liberant, tuenturq; prout exigentia requirit. Ita aluus mollis semper sit, & præsertim clysteribus, quæ longè absq; virium iactura auocant à corde; humores bis in die coquantur, eorum omnium materiæ internæ, & externæ, singulæ singulis enarratæ fuere, vires victu tenui sepè, & parum medicinali, & antipestilentiali conseruentur, & vinum oligophorum ad sudorem prouocandum prodest: ita aquæ stillaticie, bezoarticæ, & acide, infeula destillata, cardiaca, aquæ cardiacæ. Demùm restauratiua, torculata, consumpta, & gelatinæ ex optimis carnibus recitatis, oua sorbilia cum aceto, & aqua rosacea, & puluere smaragdino, ptisana hordeacea, panatella cum emulsione sem: peponum, margaritis præparatis, cornu Cerui, osse de corde Cerui, contrahierba, smaragdo, aut spiritu, corallorum, succini, & vitrioli, aut spiritu cristalli, smaragdi, & vngulę Asini. Quoniam hæc pestilentia sordida, arsenicalis singularia etiam præsidia requirit, vnica tamen est idea, sed variatur obser-

riata corpora humana, ob variata temperamenta, ętatem, sexum, anni tempus, & regionem, sicuti varia apparet historia pestilentiæ præsentis 1629. 1630. Nàm pueri maculis nigris, variolisq; tertia, quarta, & quinta die perierunt, septimum transeuntes sanabantur vt plurimum, adulti autem statim prima die dolore capitis, rubore oculorum, & faciei, vomitu materiæ venenosæ, & febre corripiebantur, secunda die lipothimia, & languore, & fractione vniuersi corporis, & tertia delirio, summo cum ęstu præcordiorum, linguę nigredine, horum pauci euadebant, cum arsenicalis aura, putrefactiua partes principes occuparet; alijs præter hęc bubone, antrace, & miti febre inficiebantur, quę si primis diebus ante quartam apparebant saluabantur; si vero post quartam, vel septimam, vt plurimum interibant; qui pauci saluti restituti fuere, aut nimio sudore, & perenni euaserunt, aut maxima euacuatione per bubonem inguinum, aut per antraces partium infernarum, illi autem tumoribus circa aures, collum, mãmas, & axillas, & antracibus, superioribus in partibus deturpati, ferè omnes vitam cùm morte commutarunt. Natura enim inualida, & copia veneni arsenicalis grauata, non procul detrudere, neque vincere tàm rebelles succos potuit: sordida hæc venenosa lues arsenicalis, volatilis in sero sanguinis, & aquosis succis, vt plurimum stabulatur, tanquam maximè putrescibilibus, sed reliquos etiam contangens biliosos, melancholicos, pituitosos pro aptitudine eorum inquinat, corrumpit; & putrefacit, quemadmodum etiam in lacte, & vino serositas illa, primo disgregata acescit, pariter etiam in massa sanguinea, & in quolibet succo, & humore disgregatur primò icor, & aquositas, & per sudorem, & per vrinam facilè dilabuntur, & euacuantur. Historia pestis 1629. 1630.

## Notandum.

SI quis vero copiosiores materias remediorum optat, in preseruatione, & curatione, & earum rectam administrationem, tempus, locum, modum, quantitatem, aut quęstiones multas dilucidatas inquirat, adeat opuscula nostra in lucem edita Taurini anno 1617. & à quibus clarissimis

*simus auctor recentior omnia ferè mutuatus est), & inueniet omnia ratione, auctoritatibus, & experientia confirmata: in his autem monumentis sinopticis singularia tantummodo ad luē istam arsenicalem breui oratione collecta sunt.*

---

# ADMONITVM XII.

## De symptomatibus superuenientibus peste correptis, delirio, bubone, antrace, & alui profluuio colliquatiuo

*Solent multa symptomata superuenire pesti, & pestilentibus febribus, inappetentia, cibi fastidium, sitis, inquietudo, syncope, linguæ nigredo, prauitas capitis, sed potissimum, & frequenter delirium, bubo, antrax, seu carbunculus, fluxus alui, & præsertim colliquatiuus, pro quibus singularia accuratè admonenda, & temperamentis, ætatibus, & anni tempori aptanda.*

*Delirium varium est, proprium pestilentiale cum febre, & inflammatione cerebri, quod dicitur phrenitis, improprium à copia vaporum calidiorum, qui eleuantur à pestilentibus humoribus putrescetibus, exquisitum deinde ortum ducit à sanguine bilioso septico, & pestilenti, spurium verò à melancholico exusto, aut miscella aliorum humorum inflammante cerebrum, aut eius membranas, aut vtraquè, aut simpliciter calefaciente ipsas partes, & spiritus animales; preterea modò anteriorem partem occupat, & imaginatiuam deprauat, modò mediam, & rationem, modò posteriorem, & memoriam, modò omnia simul per se, vel per accidens. Vnde hæ tres facultates corrumpuntur. Immò dum permiscetur pituita affectiones letargicæ, & comatosę conspiciuntur. Inuadit sepæ secunda, vel tertia die cor quidem à se venenosam substantiam propellit ad cerebrum, vel ad inguina, vel ad aurem, vel*

*ad*

ad aluum, vel ad stomachum. Vnde horum membrorum symptomata insurgunt, & varia apparent in hac specie pestilentiæ pro aptitudine humorum, corporum, & ideæ, atq; tempestatum.

Huic delirio statim succurendum si vires permittunt, & antea non fuerit sanguinis euacuatio celebrata, venæ sectio brachij, vel saluatellæ parca quidem, & potius reiterata iuuabit; verũ tutiores videntur hirudines hemorrohidibus affixæ, & scarificatæ cucurbitæ infernis partib., aut vtriusq; saphenæ incisio (morbus est acutissimus) eadẽ die post vniuersales euacuationes, hirudines etiam auribus, naribus admouentur, aut vena frontis tunditur, aut scarificatæ cucurbitulæ scapulis affiguntur, vt vndequaq; humor pestilens, & vniuersaliter, & particulariter minuatur, reuellatur, & euentetur: his breui temporis spatio peractis, statim vesicantia etiam coxis, & brachijs arrident, & deraso capiti barbari etiam cucurbitulas scarificatas non iniuria apponunt, vt sanguis ille iam fluxus ab intus ad extra auocetur & iniecto primo clystere demum apponunt oxirodina varia, & primo refrigerantia, & reppellentia, & sommifera inter initia.

℞ Olei nenuph arini
Rosacei
Violacei ana Vnc. I.
Aceti rosacei, aut
Succi citri Vnc. s. m.

Illiniatur totum caput, & præsertim eius suturæ, neque euitandum est acetum, cum Hypp. & Gal. meritò ipso vtantur Vim .n. refrigerandi, & reppellendi, & introducendi reliqua medicamenta obtinet, præstat etiam emplastrum ex lactuca, semper viuo, rosis, nimphea, aut cucurbita, & anguria elixis cum oleis narratis, & aceto, his furores in principio mitiores euadunt, succi, & intemperies attemperantur; in augumento verò, & statu, columbi exenterati, aut pulli gallinacei, aut pulmo agni elixus, aut decoctum chamomeli, anethi, maluę, & altheæ auxiliatur, in aures, & nares instillantur etiam olea cucurbitę, violarum, papaueris, nimpheę.

Vnguen-

vnguentum populeonis. Intus etiam probatur theriaca recens, philonium romanum, requies Nicolai, laudanum opiatum, diamargariton frigidum cum sem: papaueris, & lactuca, addito croco, & castoreo, vt frigida, & somnifera castigentur, & calidum natiuum illarum partium conseruetur. Praestat etiam diacristallium nostrum, aut diacorallium, non spernantur lenientia, & alterantia, & antipestilentialia toties decantata, & praesertim modicè refrigerantia. Tandem verò dieta tenuissima medicinalis conducet, quae omnia ideae febris pestilentialis, & naturae egrotantis satisfaciant, materiae praesidiorum curatiue, preseruatiue, & vitales innotescunt

## De Bubone Pestilenti.

Bvboni pestilenti diligens opera, & cura danda; bubo grecè inguina significat, & glandulas, seu emunctoria hepatis. Verùm à medicis accipitur pro tumore glandularum inguinum, & amplè usurpatur etiam pro quolibet tumore omnium glandularum, aurium, colli, axillarum, & similium; affirmant alij hoc nomen desumptum à magno capite auis dictę Bubo, & à similitudine ipsius, bubo pestilens, & arsenicalis; raro praecedit pestem, & febres pestilentiales, frequenter subsequitur ipsas, melior si praecedat, vterq; tamen ut signum, praemonstrat uirium robur quo ad expulsionem, quo ad materias uerò detrusas, magnam copiam uirulentiae: excitatur circa omnes glandulas, aurium, colli, axillarum, at propriè inguinum, tùm enim à uenis capitis, tùm à corde, tùm ab hepate humor ille ueneficus deturbatur.

Essentia quid. Est quidem tumor dolorosus, liuidus, productus à sanguine pituitoso pestifero, aut commisto, delato à locis supra dictis ad glandulas, frequenter occupat inguinem; raro alia emunctoria.

Dura. Praemissa curatione vniuersali, celebrata vniuersi prouidentia, & cordis, statim hoc apparente, aut dolore, aut liuore circa glandulas, opus est naturae motum potius adiuuare, vel cucurbitulis sine scarificatione, non autem retrahere ad intro sectione venae (nisi ipsa antea fuerit omissa, & copia sanguinis

vrgeat

urgeat, tunc parcè concedenda, apposita cucurbita loco affecto, ne intus alliciatur sanguis veneficus purgante aliquo medicamento vehementi, vt Empirici faciunt, sed potius vomitorio blando, vel clysteri, & benedicto pharmaco minorante humores in primis vijs, non actu fluentes, & fluxos ad bubonem, deinde potio sudorifica exhibeatur, ad partem verò dolentem illicò emplastrum ex sem. lini, malua, althea, fl. camomeli, scordio, dictamno, butiro, ex axungia suilla, aut capa liliorum alborum, aut comestibili, aut cyclamine sub cineribus coctis, cum axungijs, & butiro vel fermento & butiro oleo ex sem. lini, vel axungia suilla, & Theriaca. Verum si difficilè appareat, caustico, & cucurbita aliciatur, aut cæratum Diachilon simplex, aut Gummaceum, aut vnguentum de Æesipo Philagrij, aut de mucilaginibus admoueatur; prestat etiam lana sucida madefacta oleo amigdalino, liliorum alborum, & de semine lini: aut emplastrum ex farina tritici, secallæ, butiro, & oleo: prætereà ante perfectam maturationem incidatur scalpello, vel caustico, & deinde concoquatur humor ille veneficus, videlicet.

R. Resine Therebintinæ vnc. I.
Mellis rof. Vnc. II.
Olei laurini Vnc. s.
Olei de Scorpionibus Matheoli drac. I.
m. Aut

R. Pulu. Scordij
Dictamni cretici
Theriace ana drac. I.
Succi Apii vnc. II.
Mellis rosati vnc. III.
m.

Postea ad validiora digerentia, & detergentia accedendum.

R. Theriacæ
Mithridati ana drac. I.
Olei de Scorpionibus Matheoli
Mellis rosati ana vnc. I.

Croci gr. v.
m. Aut
R. Farinæ Lupinorum
Farinæ Orobi ana vnc. I.
Dictamni Cretici
Aristolochię rotundæ ana drac. II.
Lixiuij q. s.
f. linimentum

Diù reseratus maneat tumor, vt maligna sanies perenniter fluat, semper etiam affigatur emplastrum alliciens, emolliens, & anodinum (quia dolorosus est) & cardiacum, & aduersarium humori venenoso.

R. Vnguenti Dialtheę
Empl. de meliloto an. Vnc. II.
Pulueris dictamni
Scabiosæ
Scordij an. drac. I.
m. Aut

R. Rad. Ellebori nigri drac. II.
Cardui Benedicti
Rutę caprarię ana drac. I.
Axungię suillę Vnc. I.
Olei de Scorpionibus Matheoli Vnc. s.
m. Aut

R. Pulpæ allij
Capar. ana Vnc. II.
Pinguedinis Gallinæ
Olei Viperini ana Vnc. I.
m Aut

R. Stercoris Hirundinum, aut
Stercoris Columbi, aut
Canis
Fermenti ana Vnc. I.
Pinguedinis Anatis
Anseris, aut
Viperæ, &
Humanæ ana Vnc. I.
Pinguedinis Hirci, aut

Asini Vnc. II. m.

Mirifice etiam confert Ruta capraria contusa, melissa, scabiosa, & raphanus addito fermento, & axungijs. Tandem Gallina per medium incisa, & Columbus, atquè etiam hæc animalia viua; & catulus applicantur: virulentiam alliciunt, & tumorem sanant, admouentur etiam plumis auulsis circa anum; reliqua interna, & externa antipestilentialia, & sudorifica administrentur, & præsertim puluis iste noster smaragdinus, & Archeus ex decem rebus.

R. Smaragdi
Cristalli
Vngulæ Asini
Cort. cancrorum marinorum
Cort. ostreorum ana drac. I.
Sem. Erucę
Apij
Cardui benedicti ana drac. IIII.
Capiat drac. I. s. cum Vnc. VI. decocti calthæ, lisimachiæ, & rutæ capraria, aut recipiat drac. II. pulueris nostri oculati videlicet

R. Oculorum cancri fluuiatilis Vnc. s.
Smaragdi
Sem. tapsi barbati
Rad. angelicæ
Flor. calthæ ana drac. II.
m. f. puluis,

Aut conficiatur

## Puluis Pauoninus.

R. Cordis Pauonis Vnc. I.
Cordis Merulæ
Smaragdi
Cristalli preparatæ
Vngulæ Asini
Dictamni cretici
Cardui benedicti

*Rutæ caprariæ ana drac. I.*
*Cariophyllor.*
*Cinnamomi ana drac. s.*
*m. f. puluis tenuissimus*

*Hi tres pulueres miram virtutem afferunt ad bubones, & antraces expellendos, & luem pestilentialem exterminandam, summopereq; etiam præstant in præseruatione, si quis ipsis bis in die vtatur. Tandem instituenda est accomodata victus ratio ea lege vt semper, quò natura vergit etiam ipsa adiuuamem præstet, aer potius sit, vel modicè calidus & humidus, vel temperatus, & similiter pori cutanei modicè laxentur. Reliqua verò ex dictis petenda.*

## De antrace, seu carbunculo pestilentiali.

*Antrax grecè, latinè carbo, & carbunculus, est tumor, qui magis excruciat, & varia loca humani corporis interna, & externa deturpat, vocatur intumescentia ex atra bile, rubore subliuido, qua non aliud peior, à medicis describitur tumor crustosus, dolorosus, liuidus, aliquando admodum paruus, sed infixus, aliquando magis in superficie cutis, aliquando altè, & subobscurus; semper quidem excitatur ab humore admodum exusto, vel sanguine, vel melancholia arsenicali, vel bile prasina, & torrida, quæ à natura irritata ad partes externas, vel internas detruditur, & in his cum dolore, & cruciatu colligitur, inde tumor iste ob inæqualitatem humoris exusti, & corrodentis crustosus cernitur, dolorosus percipitur, & liuidus apparet, ( & ne error contingat ) varij carbunculi amplo significatu à Galeno, & à Plinio, & ab alijs describuntur, & sine febre, & sine peste, qui tumores potius à sanguine crasso, & melancholico producuntur, sed antrax pestilentialis contagiosus, epidemicus, perniciosus cum febre his propriciatibus insignitur, doloremq; liuorem, & crustas præfefert, & præsagium pessimum semper prænunciat, vt signum, & vt causa, id circo medelam exquisitam, & accuratam requirit. Statim meditandum, an sanguis sit detrahendus, viribus suadentibus, aut per malleola scarificanda, aut per hirudines, aut per scarificatas*

cucur-

cucurbitulas, si magnum vitium in sanguine in totoquè redundans fuerit, ad euacuationem, & euentationem copiæ, & caloris, cum morbus sit magnus, & vitium magnum in sanguine est mittendus, sed parcè, & potius reiteratè, non in in copia, vt iam fluens, & fluxus ad partem dolentem reuellatur, nequè vt natura ab opere reuocetur, & intrò ad cor vitiosus retrahatur, sed tantummodo, vt exonerata natura sarcinailla, qua præmebatur validius detrudat, quod reliqum est, hac cautela, si ante apparitionem carbunculi sanguis non fuerit eductus, habitaq; hac vniuersali totius corporis medela, eadem die pars affecta etiam est scarificanda, aut hirudinibus, aut incisionibus, aut inustionibus, aut vesicantibus, & circum circa sanguis ille pestiferus educendus, vt interna viscera, & nobiliora libera euadant: His peractis illicò etiam partes ipsæ incisæ, aqua salsa abluantur, aut decoctione Scordij, Dictamni, Scabiosę Rutæ capraria, Camomeli, Anethi, Hiperici, aut lixiuia, vt virulenta illa sanies effluat, & frænetur eius acrimonia, & malignitas, postea emplastrum ex his superaddatur, aut theriaca, & mithridatium cum oleo laurino, & de Scarpionibus Matheoli, vt alexipharmacis eliminetur.

℞. Fimi Columbini
Stercoris capræ
Bouis
Canis ana Vnc. 1.
Mali granatorum n. 1.
Lixiuij dulcis q. s.
m. f. emplastrum, aut

℞. Plantaginis
Scabiosę
Melissę
Pimpinellæ ana m. s.
Elixentur, addantur
Fermenti, &
Axungiæ ana Vnc. 11.
m. Aut

℞. Semper viui
Rad. cucum. Asinini

Cochij

Ebebij
Tapsi barbati
Liximachia
Ruta caprariæ ana m. s.
Aquę communis q. s.
Elixentur, contundantur.

Deinde adde

Farinæ lupinorum
Farinę orobi ana Vnc. II.
Axungię suillæ Vnc. III.
m. f. emplastrum, aut

℞. Scordij
Iridis
Ecchij
Aristolochia rotunda
Gentianæ
Imperatoriæ
Fl. camemeli
Camedrios ana drac. II.
Mellis lib. II.
m. f. linimentum, aut

## Sulfuratum Mercuriale.

℞. Sulfuris
Vitrioli
Nitri ana Vnc. s.
Antimonij
Squamæ Æris ana drac. I.
Mercurij dulcorati drac. s.
Succi apij
Succi ciclaminis ana Vnc. II.
Axungiæ porcinę
Olei laurini ana lib. s.
m.

Pro pauperibus sulfur, & puluis piritieus cum melle, sat erunt, aut folia persici, ruta capraria, ruta domestica, absinthi-

tum,

num, allium, simul contusa cum lixiuio, aut fermentum, axungia, & capa simul commista: diu loca reserata maneant, & his semper superapponatur aliquod ex emplastris dictis, aut ex lixìmachia, apio, raphano, scilla, capa lilii albi, capa comestibili coctis, & simul contusis; hæc dolorem sedant, & venenum alliciunt, sicuti etiam animalia viua, aut exenterata, Gallina, Catulus, Columbus, Perdix, Merula, Anser, Anas, si esset in promptu caro Viperæ emundata, caro bufonis castigata, caro Scorpionis, Lacertæ, Leporis, Cerui, Asini, corium Hirci, corium Muli, limaces contusæ cum cortice; & huiuscemodi, quę venenum alliciunt, pariter gummata cerasorum, iuniperi, ammoniaci, succo ciclamini dissoluta; laudantur Vng. agripæ, de arthanita, de calce, caratum mercuriale, caratum sacrũ, dum hæc circa affectam partem administrantur, interna semper alexipharmaca antipestilentialia in vsum reuocentur, & pulueres nostri, sicuti etiam hic nouus, vocatus.

Puluis Seminius

℞. Sem. tapsi barbati
Pimpinellæ
Rutę
Portulacę
Hederæ
Papaueris albi
Peoniæ
Erucæ
Acetosæ
Milij solis ana drac. IIII.
Sem. citri
Raphani
Apii
Alcali domestici ana drac. III.
Brasicę
Hiperici
Tlaspi
Calthę
Sem. asparagorum
Sem. Capparorum ana drac. I.

Sem. Lappæ drac. s.
m. f. puluis tenuissimus
℞. Huius drac. II. aut Archei
Aquæ Cardui Benedicti vnc. V.
Scorzuneræ
Calthæ ana vnc. II.
m. bis in die potet, & Antrax eliminabitur Tandem victus ratio medicinalis, & alexipharmaca instituetur: contusa resumptiua cum ptisana hordeacea, & vinum viperinum oligoforum concedatur, quod cutaneas maculas, tumores, & putrilagines citò dissoluit, & Antraces mira proprietate dissipat:

## De fluxu alui colliquatiuo.

Fluxus alui colliquatiuus, aut disentericus, vt asseuerat Hypp. & Galenus; solet non raro has febres pestilentiales concomitari, cui præter vniuersalem prouidentiam Chirurgicam, Pharmaceuticam, & Dieteticam, hæc topica, & singularis opem fert, videlicet Theriacæ recentis vsus, Philonij Romani, Trocisc. de Spodio, de Caphura ad drac. s. aut
℞. Diamarg. frigidi
Tripheræ Phænonis ana drac. I.
Syr. de Cychorea Nicoli ℥
m. f. b. aut
℞. Spetierum Triasandal.
Diarhod. Abbatis
Cristalli Mineralis
Vngulæ Asini ana drac. I.
Cum Succo Ecchii, & ℥ß
Cicorei q. s.
m. f. b.
Diacristallium nostrum, aut Diacorallium ad drac I. aut puluis Asininus, aut Smaragdinus. Etenim colliquatiuus hic fluxus nimio ab ardore, & pestiferis humoribus excitatur, qui non solum irritant, sed ipsam naturam corrumpant, solidas partes colliquant, & ipsos humores acres, & fluxiles reddunt, atq; à reliquis disgregant; quapropter ardor ipse coercendus, acrimonia temperanda, venenosæ arsenicali naturæ aduersandum,

& vires omni ingenio muniendæ cibis, & potibus resumptiuis, restauratiuis, vt cardiacis, & alexipharmacis, vt

℞. Consumpti ex Turture vnc. I. s.
Pulueris nostri præciosi pro cibis, aut
Smaragdini, aut Archei, aut Pauonini, aut dialapidei
Spetierum Diamargar. frigidi ana scrup. I.
m. & ter in die exibeatur, aut

℞. sem. Papaueris albi
Diacorallii nostri ana drac. I.
Resumptiui ex carne Pauonis Vnc. II.
m. Capiat ter in die singulis quatuor horis,
Aut

℞. Tincturæ nostræ cardiacę Vnc. I.
Carnis Turturis
Pauonis assę ana Vnc. II.
Diacristallii nostri
Pulueris Archei.
Pulueris seminij
Pulueris pauonini ana drac. I.
Lactis Amigd: dulcium Vnc. III.
m. accipiat cocleare unum singulis 4. horis

Pro pauperibus

℞. Cornu Cerui præparati
Boli Armenæ ana drac. I.
Cristalli
Corallorum rubeorum ana drac. s.
Succi Carnis vitulinæ,
Veruecinæ ana Vnc. IIII.
m. Aut

℞. pulueris seminij nostri drac. II.
Vngulæ Asini drac. I.
Succi Carnis Vituli, aut
Hędi, aut
Veruecis Vnc. IIII.
m. Aut

℞. emulsionis, seu lactis Amigd. dulcium
Sem. peponum
Pestaceorum

Nucleorum pinorum
Pulpæ carnis Caponis
Veruecis ana vnc. II.
Pulueris seminii drac. III.
Cristalli preparatæ drac. I.
m. cum succo pomorum, aut
Cidoniorum
f. opiata, sumat cocleare vnum singulis quatuor horis.

Potiones etiam, & iuscula destillata, & aquæ stillatitiæ concinnantur ex enarratis, & pro diuitibus, & pro pauperibus, & hæc potissimum magni momenti eligatur.

R. Pomi Cidonii
Granatorum
Mali apii ana lib. I.
mali citri n. I.
Hepatis gallinæ
auis
Agni
Hedi an. lib. I.

Coquantur omnia ad 3. deinde B. M. destillentur.

Dum opem tulimus his omnibus symptomatibus pestilentibus, perpetuò reliqua chirurgica, pharmaceutica, dietetica antipestilentialia determinatis temporibus adhibeantur. Verum tempus, & spatium naturæ relinquatur accomodatum, vt assumpta concoquere, digerere, & distribuere valeat, ne obruta, suffocata, & distracta à tot, & tantis simul consarcinatis auxiliis omninò corruat, in quem errorem medici sæpè labuntur. Vnde ægri remediorum copia, & inopportuna pereunt. Cor sæpè intus, & foras tanquàm vitæ fons muniatur, sudorq; frequenter tanquam singulare, & precipuum auxilium in cura prouocandus, pestilens enim arsenicalis illa substantia ad cutaneas regiones detrusa interna viscera immunia relinquit, & cerebri inflammationes, & glandularum tumores, & carbunculos minuit, atq; dissoluit, his liberi euadunt coinquinati, his tuti præseruantur sani: hæc est dogmatica cura, & salubris preseruatio diuitum

*& pauperum ab hac peste arsenicali, breui oratione his monumentis synopticis delineata. Deus optimus maximus secundet, & humilium præces exaudiat; nam primum auxilium à Deo petendum pœnitentiis, ieiuniis, elemosinis, deinde ad humana presidia periti medici, & pii accedendum, qui perbellè agnoscat ideam pestilentiæ à cœlo, & aere, vel victu, vel contagio maximam, vel mediocrem, vel minimam, qui accuratè etiam spectet temperamentum, ætatem, sexum, consuetudinem sanandi, vel præseruandi, tempus anni, constitutiones prægressas, & præsentes, atq; regionem, chirurgicas materias præsidiorum, & pharmaceuticas, & diæteticas facilius, tutius, & iucundius inueniet, & adhibebit.*

---

# ADMONITVM,

## Et Quesitum de deceptoribus in arte medica.

*Hippoc. memorat lib. de arte, de veteri medicina, & de virginum morbis multos fuisse, qui miseros ægrotantes decipiebant, varijs fraudibus ab eis pecunias corradendo. Tandem etiam Rhasis lib. contin. coactus fuit conficere libellum de his. Verùm nostris etiam temporibus plures chymiastri, empirici, pseudomedici, circulatores, & mulierculæ per vrbes vagantur, promittentes sanare podagram, hydropem, nephritidem, quartanam, febrē malignam, pestilentem, & pestem ipsam, multis arcanis, & dolosè lucra queritant, neq; tamen vllam opem ferunt, p. quidem ab animalibus, à metallis, à plantis quædam occulta arripiunt statis temporibus, eaq; horis, & locis determinatis applicant, nempe carpis manuum, & pedum, & digitis medio, & anulari sinistro, aiuntque cautè digitos illos per venas, & arterias effundere virtutem cordi, atq; inhibere, ne*

venenum, aut pestilentia ipsum inuadat: imò omnem venenositatem, & malignitatem latitantem propè cor, & in vniuersum allicere: applicant etiam sinistrę auri, oculo, nari, tempori sinistro, lieni, testiculo, atq; cordi.

Primo ab animalibus, quibusdam horis, & prestigiis clàm arripiunt cor, linguam, oculum sinistrum, vngulas sinistri pedis, stercus, craneum, & ossa, Lupi, Vulpis, vel Canis, vel Capræ, Hirci, Cerui, Damæ, Capræ siluestris, Asini, Muli, atq; infantis nuper nati: pariter à volucribus, nempè à Palumbis, Ciconia, Grue, Turture, Ansere Aquila, Bubone, Pico martio, Pica, Sturno; non deserunt etiam Mustellam, Viperam, Bufonem, Scorpiones, Lacertas, Cancros marinos, Erinaceos, Cocleas, & linguam, & cor Delfini, fungos marinos, & piscem vocatum Ensem. Tandem admouent folia, semina, radices, & flores plantarum decerptos nocte, congressu Solis, & Lunę, aut Saturni, & Martis, veluti ramni, verbenæ, ranunculi, ari, ciclamini, chelidonii, lappę, ebuli, hederæ, & sambuci, allium, scillam, & cepas aceto contusas admouent, pannosq; lineos madefactos aceto scillitico, & alios conspurcatos sanguine hirci, & aliorum animalium: comendant sulfur, antimonium, argentum viuum, lapidem Bufonis, Aquilæ, lapidem stellarem, sed præsertim stercora puelli, Cerui, Caprę, Lupi, & Vulpis. Verum cuncta in abscondito, & clàm verbis, susurris, & prestigiis suadent, ad funem suspensorum deueniunt, atq; ad funiculum purpureum, quo Vipera virgo fuerit decollata, atq; etiam ad vmbilicum sectum, ad secundinam, & ad vterum Lupæ, innumeraq; alia, fraude inuenta excogitant, quæ cuncta futilia, & inania experiuntur. (quamuis enim non nulla ex his notis qualitatibus exiccent, & calefaciant, & fortassè abdita proprietate totius substantiæ operentur) sunt enim ferè omnia synapismata, rubificantia, vesicantia, & ab alto, atq; à corde ad cutaneas regiones attrahentia, attamen exiguum, aut nullum emolumentum afferunt, preterea telas araneas, collectas in carceribus aceto madefactas, & applicitas, aiunt omnem febrem sanare, & omnem pestilentiam detrudere: promittuntq; argentum viuum pulueri Bufonis, & Mustellæ commixtum à pestilentia tueri, magno etiam pretio

vendunt

*vendunt stercus Lupi cum puluere hederæ, & lunariæ. Demum ex iam dictis animalibus, metallis, & plantis pulueres, electuaria, & pillulas consarcinant. aliud ex cancris marinis, fluuiatilibus, & senecta serpentum parant: inter solutiua validissima eligunt precipitatum, vtrunque helleborum, colocintidem, elaterium, scamonium, mercurium dulcoratum, semina latiridis, grana ebuli, cheruæ, & similia, sed quia nec tempus agendorum, nec modus, nec quantitas, nec locus rectè obseruatur, nec vera indicantia, & permittentia dignoscuntur: idcirò hæc fallunt ægrotantes, qui simul vitam, & pecuniam perdunt.*

---

## NOTANDA.

### Theses disputatæ, & dilucidatæ.

De expurgandis si supellectilibus, & domibus à pestilenti contagio.

1. *An omnia supellectilia, metallica, lignea, cornea, coriacea, linea, lanea, libri, papiracea, plumea, pellicea, & similia, domusque etiam repurgari valeant absquè igne, & absq; combustione. Affirmatiua.*

*Nam ignis comburens nimio sumptu & damno cuncta dissipat, & alia infortunia inducit: secundo experimenta, & ratio confirmant contagia pestilentialia græca, persica, nec non Germaniæ, Galliæ, Flandriæ, Holandiæ, Cairi, Constantinoli, Poloniæ & totius orbis sine igne emundari, tertio antiquorum, & recentiorum auctoritas tutissima est, quarto ipsa natura, & substātia contagij viscida arsenicalis ignem non exposcit, cum equè, & benè alijs præsidijs memoratis extirpetur: ad quid igitur ignis?*

2. *An quatuor artificijs tutò, & citò omnia supra recensita liberari possint: Respondendum quatuor profectò solummodo videri necessaria, 1. aerem purum, lucidum, & borealem, 2. suffumigia benè, vel malè olentia, 3. lauacra, flumina, ma-*

ria,

*ria , aquas sulfureas , lixiuia , & aceto 4. tincturas ex calce , & pigmentis pictorum , & fulonum . Quapropter tradentur nonnullæ regulę , & suffumigia,*

*Et p. quæ ablui possunt, abluantur aquis è fluminib., marinis, vel thermalib. , acetis , vel lixiuijs odoriferis exiccantibus , & detergentibus ; plumea autem , lanea , pellicea , sericea , & similia , vestimentaq; depurentur aere , & virgulis concutiantur , deinde humidis , & siccis insuflentur , videlicet.*

℞. Cort. citri
Aurantij
Cariophillorum ana Vnc. II.
Sandali citrini Vnc. I.
Vngulę Asini
Aceti lib. II.
Aquæ communis lib. x.
m. ebulliant , & f. suffum. aut

℞. Dictam. cret.
Saluię
Fol. persici
Roris marini
Lauendulę ana m. I.
Rosar. rub. p. I.
Aceti lib. III.
Aquæ communis lib. XV.
m. f. ebullitio , & suffitus S. A.

Sicca suffumigia erunt accomodata ex sulfure , puluere piritico , calce , aut

℞. Cariophillor.
Cinnamomi
Cornu hirci
Nucis musc.
Coriand. ana Vnc. s.
Stiracis
Laudani ana drac. I.
Thereb.
Picis ana lib. s.
Ceræ lib. I.

Vini, q. s. aut
Aquæ è fol. citri
Formentur pastilli, & exiccati, super carbones proij-
ciantur, aut
℞. Rosar. rub.
Fl. Lauend.
Anisorum
Cumini
Sulfuris
Dictamni cret. ana drac IIII.
Cum vino maluatico, &
Aceto rosacco
f. pastilli, & exiccentur
Et hæc bis in die vsurpentur ad sex dies.

Concinnantur etiam ex lignis odoriferis, lauro, iunipero, cupresso, larice, pinu, nec non etiam ex baccis iuniperi, virgultis roris mari saluiæ, vitis, salicis; etiam malè olentia conficiuntur ex gagate, castoreo, asa fœtida, capillamentis allii, & caparum, calceamentis, pennis, & capillis combustis. Verum præstantissimum est suffumigium ex sale communi, nitro & pice. Sicut etiam ex cort. cancrorum marinorum, maiarum, & ostreorum, reperitur etiam lapis, maritimis in oris, ceruleus, in quo nascuntur dactili balari dicti, is deustus fumum ità validum, & potentem effundit, vt statim pestilentiam, & miasma eliminet. Valet turma, quæ reperitur in Flandria, valet calx irrigata vrina pueri, valet etiam, atq; etiam marchesita, aurea atq; argentea feruida, & irrorata aceto scillitico, valet stercus Asini, Capræ, Hirci; & Canis. Hęc pellicea, coriacea, plumea, & papiracea tutò, & cito depurant adiuncto aere, & percussionibus moderatis, saltem ad 24. dies.

3. An spatio viginti vel quadraginta dier.: an tribus annis, an pluribus? an, vt aiunt Astrologi, dum Mars, & Saturnus in signa Solaria, & Iouialia ingrediuntur; profectò astrologi nimis remota principia proponunt, & aduersantur experientiæ, & rationi; citiùs enim cessat pestilentia, neq; etiam tertius annus expectandus, cùm periodum non obtineat, & causæ cælestes, & elementares recitatæ non tàm diù perseuerent

sed

sed varijs temporibus, & breuioribus desinant (licet aliquãdo in natura monstra, ità in pestilentia contingunt). Ea verò, quæ non inquinata, neq; infecta fuere viginti, & paucioribus diebus solummodo depurantur aere, suffumigijs, aquis, & tincturis. vtile tamen erit suauibus fumis uti, ex ambra, moscho, belzuino, laudano, stirace thure, cariophillis, vel trocis. cipheos, edicroi, & huiuscemodi. imò plura supra recitata in hunc vsum reuocantur.

4. An in frequentibus concilijs, & conuentibus, vbi suffragia traduntur, pillulæ parari debeant ex aliis materiis? Profectò ex vitro, cristallo, vngula Asini, Muli, Equi, ebore, ebano, ligno lauri, iuniperi, cupressi, oliuę, buxi, rad. rosarum, sandalis, verzino, ligno sancto, aut ex calibe, ęre, plumbo, aut ex sulfure, mercurio, stamno commixtis, quæ à proprietate iuuant, pixides etiam, atq; coclearia his construantur, quibus pillulę in pixidem intromittuntur. hæc omnia tutissima sunt globulis laneis, lineisq; omnino dimissis.

An tutior sit vsus, & minoris sumptus atq; maioris publici emolumenti, vt vnusquisquè infectus pestilentia in sua priuata domo custodiatur, & à domestica familia inseruietur, atq; etiam à medico rationali curetur preseruatiuis, & alexipharmacis opportunis: non inquinati verò, & assistentes præsidia ad tutelam, & custodiam tuta, & legitima adhibeant.

Sanè hic modus tutior, validior, & vtilior estimatur, atq; minor numerus egrotantium interiret. Nam peste correpti à domesticis custoditi, à medicis rationabiliter curati, omnia commoda obtinerent, omnia tutiora reciperent, & hinc plures ad salutem remearent, & minora damna priuata, & publica prouenirent. Dum enim domum, omniaq; bona, & supellectilia deserunt, amittunt etiam seruitutem, accomodatiora auxilia, & fidos adstantes. Medici verò, & minjstri suis alexipharmacis muniti ægros intrepidè adeant, eosq; curent (vt æquum, & pium est) enim verò bellicis in pugnis primi etiam duces, & æquites, fortesq; milites strenuè dimicant; hac via fortassè audaciores medici, doctioresq; euaderent, & tutiora remedia ad tutelam, & curationem excogitarent, quid? si (vt morbo gallico euenit) mitior etiam

pestilentia reddet, & effrenis castigabitur nouis inuentis, & expertis.

5 An Empirici, & circulatores qui sacculos suos vi occulta congestos & pillulas & electuaria pulueres magno precio vendunt, & salutem, & tutelam spopondent, in pestilentia vsum aliquem præstent? Certò exiguum, aut nullum emolumentum afferunt: empiricè enim, & empirica administrant, absq; ratione, & absquè notitia temporum, & causarum adhibent, naturam ægrotantium ignorant, vt casu, & fortuna omnia contingant, presentanei forent medici rationales, dogmatici, atq; chirurgi, ità etiam ministri, qui ab his edocti opportuna præsidia præberent, & quando, & quantum, & quomodo, & vbi; hi publica, & tuta prestabunt emolumenta, hi reipublicæ humanæ inseruire debent, adhibitis auxiliis pro eorum salute, premeditata custodia, munita tutela alexipharmacis, hi rationabiliter grassanti lui pestilentiali aduersari, & colluctari valent; pariter etiam rationales chirurgi, & eorum ministri, & adstantes, vt iubet diuinus Hipp. 1. aphor. 1. non solum oportet, vt medicus opportuna faciat, sed eger, adstantes, & exteriora; plures igitur in quolibet vicu hi omnes instituantur, & ordinentur.

## De fluxu sanguinis è naribus in peste.
## Not.

6. An, si antrace, & bubone correptis superueniat tormen, dolor colicus, aut renalis, & illicò sanguis è naribus fluat, interitus contingat, vt in hac pestilentia est obseruatum; sanguinis ergo euacuatio inconsentanea pestilentibus affectionibus arbitratur.

An dicendum, tunc nimiam sanguinis corruptelam inueniri; quę potius alexipharmaca, & purgationem desiderant; secundo vires non constare, tertio humorem turgentem, vnà cùm malefico sanguine spiritus, & vitam effundere, quarto crisim symptomaticam extare virium iactura, & nulla conferentia quinto esse vltimum conatum naturæ venulis narium reseratis à pestilenti acrimonia humorum, sexto præcedentes dolores, & tormina robur virium dissipasse, & extare indicia humoris

turgentis, & venefici, causamq; maioris inanitionis spiritus et virtutis, septimo hæc cuncta sine coctionis indicijs, die non critica, et loco non congruo superuenire; at dum medicus pestilentia affectis sanguinem detrahit, statim inter initia vera indicantia præsentia, et permittentia animaduertit, deinde opportunum tempus, modera am quantitatem, conuenientem regionem, et facilem modum rationabiliter spectat. Meritò igitur emolumentum præbet, tutò præseruat, et prosperè sanat, talis enim educitur, qualis educi debet, et confert, et leuiter fertur, è contra in narrato casu.

7. An pestis semper annexam substantiam arsenicalem, volatilem, corrosiuam, et putrefactiuam obtineat. Affirmatiua

8. An substantia ista arsenicalis calidissima, et siccissima, corrosiua, et putrefactiua à maleficis aspectibus Martis, et Saturni, atq; alijs stellarum signis oriri possit. Affirmatiua, ex Auic. Rhasi, Hip. Auer.

9. An ista valeat excitari in aere, aqua, et terra ex terreis, aqueis, aereis, inanimatis, et animatis, et viuis, et cadaueribus alteratis, et corruptis. Affirmatiua.

10. An per putredinem, et etiam sine putredine reperiatur in constitutionibus aeris calidissimis, et humidissimis, et in illis longior, et cronica, et in istis acutior, et breuior? Affirmatiua.

11. An in humidissimis aereis, et aqueis corporibus constitutionibus, atq; regionibus febres putridas, bubones, et lethargicas affectiones producat, è contra vero in siccissimis febres ardentes, deliria, antraces, linguæ nigredinem, et statim inestinguibilem pariat. Affirmatiua.

12. An sit contagiosa, et volatilis à corpore in corpus, et reperiatur in uestibus, vnguentis, cadaueribus, inanimatis, animatis, et aliis. Affirmatiua.

13. An istud arsenicum volatile corrosiuum in aere, atq; etiam in alimentis stabuletur, et deferatur vestibus, vnguentis, et corporibus. Affirmatiua.

14. An de nouo in humano corpore ex corruptione humorum, vel eorum putredine excitetur. Affirmatiua.

15. An pestis ex se ipsa in varias species distinguatur; et an ob corpora varia, in quibus reperitur, variata appareat, et

varias

*varias affectiones inurat in spiritus, in humores, in solida. Affirmatiua*

16. *An spiritus putrefacere, & mixta, & absq; putredine corrumpere valeat, & similiter solida membra calore innato; & spiritibus vitalibus dißolutis manifestè, & abditè. Affirmatiua.*

17. *An febres ephemeræ pestilentiales ab isto arsenico, atq; etiam hecticæ vltimi gradus illicò exciventur, & corruptis spiritibus, & solidis interficiant. Affirmatiua.*

18. *An sine febre citò interficere, & subitaneam mortem introducere valeat syncope, corruptis spiritibus, sanguine, & prohibita ventilatione? vt sępè contingit, & multis in peste. Affirmatiua.*

19. *An varia symptomata, & diuersa signa obtineat propter variam ipsius ideam, varia corpora ægrotantium, & varias tres causas. Affirmatiua.*

20. *An sine bubone, & antrace vera pestis communis contagiosa, & perniciosa appellari poßit? Affirmatiua.*

21. *An singulę tres species narratæ, & singulæ tres causæ poßideant etiam singularia indicia, & specifica patognomonica, præter communia, & generica? Affirmatiua.*

22. *An vsq; adhuc optima sint inuenta præsidia, recta præseruatio, & tuta curatio in genere. An non omnino in singula specie determinata? Affirmatiua.*

23. *An inuenta nostra singularia experimentis, rationibus, & auctoritatibus sint confirmata? Affirmatiua.*

24. *An proposita, theriaca, mithridatium, magna anthidotus Math. & alia genericè accomodatè arrideant? Affirmatiua.*

25. *An magis specificè iuuent, sed non semper antiarsenicalia singula singulis accomodanda, & non solum generica, & communia. Affirmatiua.*

26. *An diacristallium, diacorallium, & pulueres nostri sint manifestè, & abditè singularia pro hac specie sordida arsenicali, atq; congrua, & præsentanea pauperibus, & diuitibus, pituitosis aqueis, terreis melancholicis, aereis sanguineis, igneis colericis, & singula singulis. Affirmatiua.*

De sectione venæ Not.

27. *An sectio venę vtilis, vel damnosa in curatione, an pre*

*sentanea in principio parca, & repetita; periculosa autem transacta prima die, & apparentibus maculis, aut bubone, aut antrace. Affirmatiua.*

28. *An maioris emolumenti cucurbitulæ scarificatæ, malleolorum scarificatio, & hirudines, dum vires non sint admodum constantes, & massa sanguinis deturpata sit infra septum transuersum, vt à corde reuulsio, euacuatio, & euentatio celebretur. Affirmatiua.*

## Not.

29. *An si in vniuersali curatione dimissa fuisset sanguinis euacuatio, & postea bubo, vel antrax emergeret, vel maculæ cutaneæ efflorescerent, & tunc vitium in sanguine adhuc maximè vrgeret, is inaniendus; certè, aut deferenda est venæ sectio, quia iam massa sanguinis est corrupta; aut omnino parca celebranda, affixa inani cucurbita buboni, vel antraci, nè sanguis illùc fluxus veneficus intro remeet. Affirmatiua.*

30. *An hirudines hemorrhoidibus affixæ, & scarificatæ cucurbitæ partibus infernis maximi momenti arrideant, & venenum à corde, & nobilibus membris reuocent. Affirmatiua.*

31. *An cauteria, & vesicantia, & setacea tàm in curandis, quàm in præseruandis, partibus infernis admota, summoperè auxilientur. Affirmatiua.*

## De aere.

32. *An aer frigidus, & siccus, an calidus, & humidus, an humidus, an siccus magis arrideat? Profectò in tutela ad extinctionem veneni arsenicalis volatilis frigidus, & siccus, vel humidus magis opitulatur, in sanatione verò, ne intrò venenũ cõstipetur, humidus, & calidus & humidus poros aperiens citius auxiliabitur, nec putredinem augebit, cum interna antiarsenicalia recitata vsurpentur. Affirmatiua.*

33. *An vinum potens, an mediocre, an oligophorum præsentaneum videatur, potens quidem album tenue senibus, & pituitosis in hyeme, vere, & autumno in preseruando adhibendum, colericis vero, atq; sanguineis aquosum; at in curando mediocre, & oligoforum, atq; album solummodo declinante malo, aut reliquæ potiones prescriptæ sudorificæ, & bezoarticæ in mente motis, aut delirantibus. Affir.*

34. *An parum, vel multum nutriendum?: in custodiendis mediocriter, & multum: nè excrementa tamen luxurient, in medendis autem mediocris, aut tenuis victus eligatur, detergens etiam, exiccans aperiens, medicinalis perpetuò, & antiarsenicalis prænotatus, parum tamen, & sepè, sorbilis, aut potabilis. Affirm.*

35. *An sudorifica magis præstent, quàm diuretica?: vtraque pro nature promptitudine, & humoris inclinatione auxiliantur, nec vnquam sunt impedienda, in succis enim aqueis, & serosis facilis hec arsenici lues stabulatur, & disgregat sanguinem, humores inuicem omnes, & corrumpit spiritus. (ita serum etiam in lacte acescit, aquositas in vinis, humiditas, & sanies in carnibus, serositas, & icor in humoribus, aquositas in sanguine) Affirmatiua.*

36. *An multi sine præsidijs, & rationali medela, & presentanea custodia intereant, an multi etiam timore, & pauore? Affirmatiua.*

37. *An pauciores obirent, si medici, chirurgi, barbitonsores; & reliqui ministri suis officijs, & muneribus in fungerentur? Affirmatiua.*

FINIS.

# DISPVTATÆ

*1630. Patauij in priuata Academia Colle.*

A' Clar. D. D. Dissertatoribus, videlicet.

Exc. D. Augustino Vacchetti Cremasco.
Exc. D. Nicolao Franco Cretensi
Exc. D. Spirindiono Altauilla Corcyrensi.
Exc. D. Francisco Caroccio Anglariensi.
Exc. D Io. Bapt. Ferrario Vicentino.
Exc. D. Francisco Lazaris Patauino.
Exc. D. Ottauiano Tosi Brixiensi.
Exc. D. Antonio Pelt Holando.
D. Nicolao Torti Veronensi.
D. Angelo Meotto Romano.
Exc. D. Ioanne Iacobo Schuoler L a u erbe
D. Luca Antonio Ciucci Vrbinate.
Exc. D. zaccaria Nouati Bergomensi,
D. Baldessare Garofoli Veneto.
D. Antonio Canclino Veneto.
D. Sempronio Souardo Bergomensi.
D. Scipione Resta Valtellino.

56

005644107

